

totum non esset positivum. Hæc ratio pariter similis est rei, qua supra numer. 58. probatur præcisio entis, ut sic, ab ente reali, & rationis, & ideo dissolvi potest, ut illa, negando minorem, ad cuius probationem dicendum est, quod ratio entis sic præcisio non est quid negativum formaliter, & contrariè, sed tantum contradiçorie, quatenus à positivo præcisindit, immò quomvis non sit positiva formaliter, essentiam positivam permittit, & potestati- vè, quod declarari potest exemplo cuiusque nature communis à suis modis, ac differentiis contra hentibus abrahentis, & ideo bene uniri potest cum ente formaliter positivo, eo pacto, quod dicimus ens non formaliter subsistens, vel inhærens posse uniri cum ente formaliter subsistente, & inhærente, idem cum substantia, & accidente, & ens non formaliter absolute uniri posse cum ente formaliter absolute, vel non relativum formaliter cum formaliter relativo, & sicut dicimus substantiam non esse secundum se totam, & eadem- quate sumptam synchegorematicè subsistentem, quia aliquam formalitatem includit non de se subsistentem, sed præcisindentem, ut est formalitas entis, licet verum sit, nullam includere formalitatem positivè inherentem; sic in proposito dicendum foret ens reale positivum dici secundum se totum tale, non quia omnis formalitas in eo reperita sit formaliter positiva, & nulla à positivitate præcisindit, sed quia nullam includit formalitatem negativam, & sic manet ratio soluta, vel heri poterit instantia in aliis rationibus contrahibilibus, ut v. gr. quod ens nequit contrahi ad substantiam, & accidens, quia non est subsistens, vel inhærens, quod autem non est subsistens, nequit uniri cum subsistente, neque non inhærens cum inhærente, & quemadmodum hæc argumenta solvuntur in aliis conceptibus communibus, sic in proposito dissolvi debeant circa conceptum entis præcisindentem à positivo, & negativo, si daretur.

Tertiò si daretur ista ratio entis præcisindens à positivo, & negativo, aliquid, quod prædicaretur de ente positivo, prædicaretur etiam de ente negativo, seu non ente, & est contra aliquid, quod prædicaretur de negationibus, prædicaretur etiam de ente positivo, hoc autem esse non potest, nam negativum secundum se totum est non ens, & secundum se totum est quid negativum, itaque nihil concipi potest in ipso, quod non sit negativum, ergo &c. Sed à- riter responderent negando minorem cum ejus probatione, nam licet ens negativum secundum se totum synchegorematicè sumptum sit negativum, quatenus nullam includit formalitatem, quæ de se sit positiva, falsum tamen est secundum se totum esse non ens cum enim ens reale, ut fecerunt ab ente rationis, quod solum habet esse per intellectum, sub se comprehendat nedum entia posi- tiva, sed etiam negationes, & privationes ex natura rei sua sub- jecta efficientes, est commune utriusque immò eo ipso quod dicitur ens negativum, ex vi nominis includitur ens, & solum excluditur quequid habet rationem positivam.

278. Quarta igitur melius probari potest conclusio nostra offen- dendo non dari tale ens reale negativum, & inconfulo prorsus ne- gationes, & privationes ex natura rei sua subiecta efficientes entia negativa, & privativa appellari, cum enim hoc ostenderimus, istam demonstrationem erit non dari ens reale commune enti positivo, & negativo, quia destructio altero extremorum, necessitè quoque destruitur ens ab his duobus extremis præcisindens. Tum quia ex hoc præsertim capite tale ens commune univocum positivo, & negativo invenerunt nonnulli, ut salvarent negationes, & priva- tiones re vera dari à parte rei citrà cuiusquam intellectus opera- tionem, unde hæc necessitate sublara, consequenter tollitur præ- cisio entis à positivo, & negativo. Assumptum vero illud nempe privationem, & negationem dici non debere vocari, sed abso- lutè ut dicebat Poncius, nec cum addito nempe privativum, vel negativum, ut dicebant alii, probandum est ex dictis disputat. 4. Phyl. quest. 1. artic. 1. quia ens reale, ut sic, ex suo formali conceptu dicit quid positivum, ergo implicat in adjecto dicere ens reale negativum. Probat autem antecedens, quia positivum, & negativum contradiçorie opponuntur, ergo nedum opponuntur secundum rationes positivæ, & negativæ, sed etiam secundum rationem ipsam entis, & negationem dici non debere vocari, & tanquam ens non reale; Probat, consequentia, quia si non opponerentur in ratione etiam entis realis, tunc non opponerentur, ut pura affirmatio, & pura negatio, sicut petit contradiçoria oppositio. Tum quia negativum ita directè opponitur positivo, ut directè tollat quequid positivum ponit, sed ratione positivæ involvitur quoque ratio entis realis, ut sic, ergo ens reale, ut sic, non involvitur in ratione negativæ. Tum tandem quia peto quid dicat ratio illius entis, quod negativum appellatur, & quare negativum, seu privativum dicitur, si enim tale dicitur, quia excludit omnem rationem entis realem, ut sic, habemus intentum, quod est purum nihil, & quod abusive dicitur ens negativum reale, cum po- tius dici deberet realiter non ens; si autem dicitur negativum ex sola ratione, quia tollit formam positivam, licet etiam in se aliquam entitatem includat; hoc non tollit quin etiam sit ens posi- tivum intrinsecè, & formaliter, nam etiam calor tollit frigus, & tamen quia secundum se habet formam esse, est verum ens reale positivum, ergo si negatio, & privatio re vera sunt nihil formaliter loquendo, entia realis negativa non bene dicuntur, immò potius non entia realis dici debent, & realiter nihil.

279. Denique potest etiam ad hujus asserti probationem inferri argument. quod n. 263. proposui ad excludendam præcisionem entis ut sic, ab ente reali, & rationis, nam ex unaparte ens negativum

ut sic, debet esse majus, & perfectius ens quam ens com- mune ad positivum, & negativum, quia ratio inferior addita lu- periori auget illam in esse, non minuit, unde includens semper est perfectius inclusi, ut ex alia parte ens præcisindens à positivo, & negativo esse debet minus ens, quia non est negativum forma- liter, & intrinsecè, immò potest esse positivum ratione aliqua differentis contrahentis, ergo ens reale, quod dicitur negativum est minus ens ente reali, quod præcisindit à positivo, & negativo. Tum quia si daretur talis ratio præcisio, & utriusque entis communis scilicet positivo, & negativo, utique ad ens reale negativum per solam negationem contraheretur, sed cum sit purum nihil, ea negatio, non videtur quo pacto ens reale contrahere possit; Pro- batur assumptum, quia in ente negativo reali præcisio ratione entis realis, sola & pura remanet negativum, ergo non nisi per illam con- trahi potest, vel si per differentiam positivam contrahatur, erit jam ens positivum, non negativum.

In oppositum obicitur ex Aristot. 4. Metaph. text. 2. ubi expli- cans sphaeram analogie entis inter hæc etiam enumerat negatio- nes, & privationes illis veritas, quædam enim quoniam subsistit entia dicitur, quædam quoniam passiones subsistit, quædam quoniam via ad substantiam, aut contrarietas, aut privationes, ut ergo privationes sunt analogice ens debet ens quidpiam commune esse entis reali positivo, ac privativo. Deinde contra nos ad hominem urgeri potest difficultas posita numer. 132. quia disput. 1. Phyl. quest. 1. conclus. 2. admittimus rationem principii, ab Arist. assi- gnatam 1. Phyl. materie, forme, & privationi univocè conveni- re, si ergo entis reali positivo, sicut est materia, & forma, & pri- vatio qualis est privatio, ratio principii in heri potest esse com- munitus univocè, id quoque de ratione entis realis, ut sic, verifi- cari poterit.

280. Respondet, ex Scoto super cum textum non utique esse Ari- stotelis intentum, statueri ens univocum analogum ad ea omnia, quæ ibi enumerat, sed tantum referre varios modos, quibus aliqua appellari solent entia, ut hinc pateret omnia dici aliqui- ter entia, & quatenus singula habent aliquam attributionem ad ipsum ens, vel ad substantiam, modo, quo ibi exponit, negationes au- tem præsertim, ac privationes entia dicit, non quia in se vera sint entia, sed quatenus sunt remotiones verorum entium, & quatenus de suis subiectis verificari possunt à parte rei non cogi- tante intellectu, quia, ait Aristot. & ipsum non ens esse non ens dicitur, cum veritate citrà omnem intellectum fidemur, unde ly esse in tali propositione non determinat inhærens, quasi aliquid importet in ipso non ente, sed determinat inherenteriam, qua- temus enunciat, ut res le habet à parte rei, & importat con- positionem, quæ cum veritate est in intellectu. Ad aliud jam diximus ibidem, ac etiam disputat. 4. Phyl. quest. 3. num- mer. 29. non esse eandem rationem de ente reali, ut sic, & de conceptu principii in heri, quia ens reale, ut demonstravi- mus, ex suo conceptu formali, quid positivum dicit, & ideo im- plicat esse de se præcisium à positivo, & privativo, ut quidpiam utriusque essentialiter commune; ac ratio principii in heri, ut sic, non necessitè dicit ordinem, seu habitudinem positivam principii ad principium, sed ab utroque præcisindit, & aequè bene salvari potest in materia, & forma, ac in ipsa privatio- ne; hinc fit, quod rationes, quæ concludunt de conceptu en- tis, quod nequæ esse commune univocum positivo, & priva- tivo, non ita bene concludunt de conceptu principii in heri, ut sic.

Secundo, omne id, quod aliquo modo est in rerum natura in- dependentè ab intellectu, potest ens reale vocari, sed privatio- nes, & negationes sunt hujusmodi, quia nullo intellectu conside- rante verè dicimus aere tenebrosam, oculum cæcum, ergo bene possunt entia realis vocari. Nec fatiscit dicere (inquirit) tene- bras esse in aere, non quia aliquid ponant in ipso, sed potius quia in aere adest remotio lucis, quia nec ipsi vultu privationes esse entia positiva, idell potentia aliqua in rerum natura, sed solum remotiva; hoc illi, aliquam entitatem realem à subiectis removens, unde dicitur nomen entis realis commune esse ad id, quod ponit entitatem, & ad id, quod entitatem removet.

281. R. pond. loc. citat. satis explicatum esse ex Scoto 1. dist. 30. quest. 2. ad ult. quo pacto negationes, & privationes verè dicantur esse à parte rei suis subiectis, & realiter existere in rerum natura, ibi enim elegantissimè docet realitatem, seu illam particulam realiter, interdum determinate prædicatam, seu inhærens, & aliquando inherenteriam tantum, seu compositionem prædicati cum subiecto, in primò sensu denotat prædicatam importare esse reale in subiecto, sed in secundo sensu nil aliud dicit, quam quod illud verè est, sicut cum dicimus, hæc propositio, homo est ali- nus, est realiter falsa, hoc est verè falsa, cum ergo dicimus citrà omnem intellectum fictionem aere esse realiter tenebrosam, oculum hujusmodi principia habet.

Et primò dubium est de principiis incomplexis, & essendi; com- plexes enim præcipuè ex Scotis ista principia denegant conce- ptu entis, quorum fundamentalis ratio est, quæ ens communissi- mè sumptum, ut ponitur subiectum in Metaph. cum sit commune univocum Deo, & creaturæ, abstracta à principio, & principia- to, si enim ut sic haberet principia essendi, Deus quoque talia ha- beret principia, quo nihil absurdius, ita Scotus passim. Anton. And. 1. Metaph. quest. 1. ad 7. prin. habet ibidem disputat. 5. cap. 1. Tromba. Metaph. quest. 1. Meurille lib. 2. fuz Metaph. cap. 1. quest. 1. immò Doctor ipse cit. quest. 3. prolog. ubi Vigerius, Bar- gius, Lich. Paulus scriptor, ac cæteri ejus interpretes, ait enim quod non oportet principia scilicet esse principia in se ipsas subje- cti, quia entis inquantum ens, quod ponitur subiectum in Metaph. nulla sunt principia, quia tunc essent quælibet entis, sed oportet ejuslibet subiecti esse principia, per quæ demonstrantur ejus pas- siones de eo, ex quibus principia, tanquam ex mediis demon- strationis formantur principia complexa, sicut propositiones per se no- tæ; hoc modo cuiuslibet subiecti possunt esse principia quantum

Metaph. text. 14. ens per se dupliciter sumi, uno modo pro eo, quod dividitur in decem genera, alio modo prout significat propo- sitionum veritatem, quorum differentia est, quod primo modo non potest dici aliquid, quod sit ens, nisi in re aliquid ponat; sed alio modo potest dici ens omne illud, de quo affirmativa propositio for- matur potest, etiam illud in re nihil ponat, quemadmodum quæ- siones, & negationes entia dicuntur, dicimus enim, quod affir- matio est opposita negationi, & quod cæcitas est in oculo, ita optimè dicitur ibi D. Th. & consonat cum Scoto loc. cit. atque ita, sed etiam veritatem propositionum, quam format intellectus.

Tertiò oppositio privativa, & contradiçoria sunt reales opposi- tiones, & existentis in rebus, unde etiam habere debent extrema realia, quorum alterum, cum non possit esse positivum, erit ne- gativum, atque adeò aliquid reale negativum erit in rebus, cum ergo hoc ens negativum non sit purum nihil, bene poterit dari ens præcisindens à reali negativo, & à reali positivo.

282. Respondet ad hoc Pasqualig. cit. numer. 7. oppositiones ne- gativam, & privativa inter extrema verari, quorum unum dum- taxat est positivum, alterum verò vel est pura negatio, vel nega- tio contentans in subiecto aptitudinem, & capaciatem ad formam negativam, atque adeò dicitur alterum tantum extremorum esse extra intellectum nempe positivum, alterum verò extremum non habet esse, nisi per intellectum, unde concludit istas oppositiones esse à parte rei tantum fundamentaliter, non verò formaliter, quia oppositio contradiçoria formaliter consistit in affirmatione, & negatione, ut docet Aristot. 1. Periher. cap. 5. quod etiam de oppositioe privativa verificatur, nam & ipsa consistit in affirma- tione, & negatione, & solum à contradiçoria differ, quod sup- ponit aptitudinem in subiecto; cum ergo propositiones live affir- mativæ, five negativæ sint per opus intellectus componentis, vel dividit, plane dici nequit dari à parte rei, & nullo cogitante intellectu illas oppositiones formaliter, sed tantum fundamen- taliter. Hæc solutio non admodum placet, duo enim continet, quæ mihi nequaquam probari possunt, unum est quod alterum tan- tum extremorum harum oppositionum scilicet illud quod est positi- vum, sit extra intellectum, aliud verò (scilicet opposita negatio non habeat esse nisi per intellectum; hoc inquam, non placet, quia negationes, & privationes ex natura rei subiecta sua efficientes ve-

rè dantur à parte rei nullo intellectu cogitante, ut probatum est disput. 4. Phyl. art. 1. & non sunt entia rationis formaliter ex dictis disp. 3. log. q. 7. Alterum quoque quod dicitur est oppositiones: sicut non dari à parte rei formaliter, sed tantum fundamentaliter: sicut non dari à parte rei propositionum illarum una est formaliter vera, & altera formaliter falsa (nam sicut subiectum esse formaliter tale, est habere talem formam, sic formaliter non esse tale, est non ha- bere talem formam) sic à parte rei adinvicem formaliter oppo- nuntur in veritate, & falsitate, qualis est earum veritas, & falsitas. Tum quia si ea solum ratione dicuntur fundamentaliter oppo- ni, & non formaliter à parte rei, quia propositiones illæ affirmativa, & nega- tiva sunt ab intellectu componente, & dividente, hæc eadem ratione negari poterit dari à parte rei formaliter oppositionem con- trariam, quia etiam propositiones contrariæ, per quas ipsa expli- catur, sunt per secundam intellectus operationem; immò hæc eadem ratione dici poterit hæc propositionem homo est animal, non esse à parte rei formaliter veram, quia talis propositio non habet esse citrà intellectus operationem, sicut igitur ad formalem veritatis propositionem à parte rei sufficit conformatio intellectus cum objecto à parte rei, de quo fit enunciatio, & quod prædicat- um, quod enunciatur, re vera includatur à parte rei in subiecto, de quo fit enunciatio, hæc enim ratione illa propositio homo est animal, dicitur à parte rei vera formaliter, quia à parte rei formaliter dicitur dari à parte rei oppositionem contradiçoriam, & privativam quatenus nullo cogitante intellectu, ut dicebat S. Thomas cit. de ente, & essentia cap. 1. affirmatio est opposita negationi, & for- ma privationi. Quod si quis inisset hoc probare duntaxat tales op- positiones, & propositionum veritates dari à parte rei fundamen- taliter tantum, quatenus à parte rei fundamentum habet intell- ctus enuncians illas veritates, & faciendi illas oppositiones, iste conficit questionem de nomine; melius tamen erit tenere no- strum loquendi modum, quod tales veritates, ac oppositiones den- tur à parte rei formaliter, ut distinguamus ab illis veritate pro- positionum, quæ formari solent de entibus rationis, & secundum intentionibus, quas dicere solemus veras esse fundamentaliter, quatenus intellectus fundamentum habet in re illas efformandi, alia argumenta, quæ ad impugnamdam conclusionem positam ad- duci possent, jam diluimus disp. 4. Logic. citat. qu. 1. artic. 1.

# DISPUTATIO TERTIA.

## De principiis Entis.

Post explicationem conceptus entis, ut sic, de ejusdem principii (si qua habet) antequam de ejus affectionibus tractemus, agendum est; ordo namque doctrinæ ista postulare videtur, ut tractato de principiis subiecti in aliqua scientia tractationem de eis affectionibus præcedat, & ita observatum videmus ab Aristot. in lib. Physicorum, ubi prius agit de principiis corporis naturalis, postmodum de affectionibus ejus.

### Q U Æ S T I O I.

Num ens, ut sic, aliqua habeat principia, & qua.



Uia; ut in Logica dictum est disp. de scientia ad lib. Post. principia subiecti scientia vel sunt principia incomplexa, quæ vocantur essendi, & talia dicuntur, quia spectant ad constitutionem essen- tiam subiecti, vel sunt complexa, quæ vocantur cognoscendi, & talia dicuntur, quia sunt propo- sitiones quædam maxime, ex quibus dicitur cognitis subiecti, suorumque prædicatorum, & ex ipsis, velut ex mediis demonstrationis ostenduntur passionis de ipso, ut docet Scot. qu. 3. prolog. ad argum. 1. quoniam nonnulla est difficultas in- ter Auctores, an ens, quod sic tractatur objectum in Metaphysicis, hujusmodi principia habeat.

Et primò dubium est de principiis incomplexis, & essendi; com- plexes enim præcipuè ex Scotis ista principia denegant conce- ptu entis, quorum fundamentalis ratio est, quæ ens communissi- mè sumptum, ut ponitur subiectum in Metaph. cum sit commune univocum Deo, & creaturæ, abstracta à principio, & principia- to, si enim ut sic haberet principia essendi, Deus quoque talia ha- beret principia, quo nihil absurdius, ita Scotus passim. Anton. And. 1. Metaph. quest. 1. ad 7. prin. habet ibidem disputat. 5. cap. 1. Tromba. Metaph. quest. 1. Meurille lib. 2. fuz Metaph. cap. 1. quest. 1. immò Doctor ipse cit. quest. 3. prolog. ubi Vigerius, Bar- gius, Lich. Paulus scriptor, ac cæteri ejus interpretes, ait enim quod non oportet principia scilicet esse principia in se ipsas subje- cti, quia entis inquantum ens, quod ponitur subiectum in Metaph. nulla sunt principia, quia tunc essent quælibet entis, sed oportet ejuslibet subiecti esse principia, per quæ demonstrantur ejus pas- siones de eo, ex quibus principia, tanquam ex mediis demon- strationis formantur principia complexa, sicut propositiones per se no- tæ; hoc modo cuiuslibet subiecti possunt esse principia quantum

cumque imprincipiati respectu suarum passionum, ita Doctor ibi, & sic etiam loquitur 4. Met. cap. 1. & 6. Met. in principio. Rursus est etiam aliqua difficultas de principiis complexis, & cognoscendi, quævis enim ferè ab omnibus hujusmodi principia entis concedantur, Vigerius tamen, & Bargius qu. 1. pro. ista quoque denegant entis, quorum fundamentum est, quia ens commu- nissime sumptum habet conceptum simpliciter simplicem, atque ideo in priores conceptus irresolubilem, quo fit ut habere nequeat principia per quæ demonstrantur de ipso affectiones, alioquin con- ceptum non haberet simpliciter simplicem, quia esset in illa prin- cipia resolubilis, & cum inquit Doctor loc. cit. cuiuslibet subiecti debere principia constitui, per quæ ejus affectiones de ipso demon- strantur, ait Viger. hoc intelligi debere de subiecto non simpliciter simplicique, quale non est ens, quam glof. etiam Bargius ibidem acceptat esse fateatur quoque pacto litteram Doctoris extorqueat, & addit quod cum ille non fit locus proprius ipsius materiæ, Doctor ibi lo- quitur communiter.

2. Quoad primò dubium de principiis incomplexis, quæ esse parvi momenti, ac ferè da nomine, quia certum est in rigore lo- quendo de principiis essendo, & incomplexis, ens transcendens conceptum, ut est commune Deo, & creaturæ, hujusmodi prin- cipia carere, quia ut sic abstracta à principio, & principiato & habet conceptum simpliciter simplicem in superioribus conceptus ir- resolubilem; ut in superioribus declaratum est, & in hoc sensu loquitur Doctor loc. citat. neque opus est subiectum in scientia semper habere hujusmodi principia; satis enim est, ut habeat principia cognoscendi, ut diximus in Logic. loc. citat. explican- do conditiones subiecti adequati scientiæ; ut monet Doctor etiat. Hoc tamen non obstat, quin in latiori sensu conceptus entis principia etiam incomplexa quoque modo adaptari queant, & talia dicantur respectu ipsius essentia, & existentia, quia de- finire solet ens reale per non repugnantiam ad existendum, per quam non repugnantiam explicari solet realis essentia rerum, unde cum essentia, & existentia integret quodammodo, &

Maffrii. Metaph. P. 1. Tom. IV.

constituunt conceptum entis, hoc, inquam, pacto eius principia  
essendi possunt appellari. Et hoc ipsum quoque concedit Meuris.  
loc. citat. concludit ubi quavis dicat essentiam, & existentiam,  
principia essendi entis vere, & proprie dici non posse, subdit ta-  
men aliqua ratione dici posse principia eius, quatenus nimirum vi-  
detur ens ex ipsis quasi constitui, & quatenus si proprie constitu-  
retur, non ex aliis principis, quam ex essentia, & existentia con-  
stitutum esset, quo fit ut communiter dicantur principia entis in-  
complexa. Hac de causa Auctores gravissimi in Metaphy. post  
disputat. de natura entis, statim disputationem insistant de essen-  
tia, & existentia; ut de principis eius incomplexis, quam ego  
quoque methodum servavi interdum in conferenda Metaphysic.  
verum quia in ea disputat. de essentia, & existentia potiores diffi-  
cultates, & controversie sunt de essentia, & existentia creatura-  
rum; non autem entis ut sic, ideo etiam disputationem differre  
decrevi ad tractatum de ente finito statim habendum, post tradi-  
tionem de ente, ut sic, communi ad finitum, & infinitum inle-  
nitur disputat.

Hic tamen, ne omnino ignota maneant hæc, quæ dicuntur  
principia entis incomplexa, ea declarabimus perfloriorie expli-  
cando quod importent nomina essentia, & existentia; ut sunt  
communis Deo, & creaturis, & statuuntur principia entis rea-  
lia; Et quidem circa explicationem nominis essentia non omnes  
eodem modo loquuntur; nonnulli etenim solum nominis ethymolo-  
giam attendentes, quatenus est abstractum ab esse, sive ab ente  
dixerunt; hoc nomen essentia significare solum gradum entis in  
abstracto, ut idem omnino sonet, quod entitas, quæ explicatio  
potius grammaticalis est, quam philosophica, quamvis enim hoc  
essentia nomen ab esse, vel ente deductum sit, ut notat Doctor  
quod. i. artic. 1. ex D. August. 5. de Trin. cap. 4. vel 13. ab eo quod  
est esse appellatur essentia, ex sola ratioe sapientum, ac Philo-  
sophorum non significat solum, ac nudam rationem essendi in ab-  
stracto, quia non solum ens dicitur propriam habere, ac possidere  
essentiam, sed omnia, & singula entia tam in genere, quam in  
specie, ac individuo, indifferenter enim dicimus essentiam entis  
generis, speciei, substantia, accidentis, & sic de aliis. Ideo etiam  
alii communiter, ut magis philosophicè conceptum nominis essen-  
tia explicare, ajunt nomine essentia intelligendam esse combi-  
nationem, & collectionem omnium prædicatorum ad primum  
modum dicendi per se spectantium, quibus unaquæque res in suo  
esse quidditative constituitur loquendo de esse quidditative, quo  
ad certum gradum entis determinatur, quod proinde ita est pro-  
prium ipsius, ut nulli alteri conveniat, unde cum verbi gratia di-  
citur essentia hominis, nomine essentia non debet intelligi sola  
ratio essendi hominis in abstracto, sed natura tota hominis con-  
sistuta extra gradibus essendi, vivendi, sentiendi, ratiocinandi,  
&c.

Verum licet acceptio nominis essentia in hoc sensu sit bona,  
ac in scholis frequentissima, adhuc tamen nimis lata est, nec nam  
nomen essentia exprimit in eo rigore, & sensu, quo essentia dici  
selet principium entis realis, quo primo distinguitur a signentis,  
& entibus rationis, nam juxta præstatam acceptioem nomen  
essentia etiam entibus rationis, & signentis accommodatur, ipsa  
namque suo quoque modo propriam essentiam habere, & possidere  
dicuntur, & propriam prædicatorum necessariorum combi-  
nationem, quibus in suo esse quidditative constituuntur, unde  
talem esse dicimus essentiam entis rationis, talem secundæ inten-  
tionis cum omni proprietate, non secus accidimus talem esse essen-  
tiam hominis, vel Leonis. Potius ergo dicendum est nomen essen-  
tia, ut hic de ea loquimur, illam rem significare, cui non repu-  
gnat esse existentia, unde juxta hanc acceptioem receptionem ne-  
que signentis, necque entia rationis propriam essentiam habere di-  
cuntur, & in hunc modum nomen essentia explicuit Tromb. 5.  
Metaph. quæst. 6. artic. 2. & quidem latius ratiocinabiliter, quia hic  
est sermo de essentia, ut est principium incomplexum entis rea-  
lis, & ut ordinatur ad realem existentiam in rerum natura, &  
extra nihil, sed essentia in hac tertia dumtaxat acceptioem est hu-  
jusmodi, quia in secunda acceptioem etiam convenit entibus rea-  
tionis, ac secundis intentionibus, ut dictum est, ergo hæc est vera  
& propria acceptio nominis essentia, ut convenit enti reali ab  
ente rationis, & nihil contradicendum. In quo autem differat no-  
men essentia a nomine quidditatis videatur apud eundem Aucto-  
rem loc. citat. ubi ait latius patere nomen quidditatis, nomine  
essentia, quia dicitur de pluribus formalitatibus in eadem re iden-  
tificatis, quæ unam solum dicitur habere essentiam, ut constat in  
divinis, ubi est unica tantum essentia, sed plures quidditates, &  
formalitates in ea identificatæ, ut quidditas intellectus, volun-  
tatis, spiritus, sapientiæ, &c.

Existentiæ nomen ita passim explicari solet ab Auctoribus, ut sit  
quasi extra existentiam, & existere quasi extra sibi, quod enim exi-  
stet, sicut extra nihil sui, cum antequam existeret, nihil actu es-  
set; sicut extra causas, in quorum potentia virtus inter continetur,  
sicut extra potentialitatem essendi, dum educitur e numero  
entium potentialium, & inter entia actualia collocatur; ita no-  
men existentia explicat Averl. quæstion. 8. sect. 5. & alii Re-  
centiores passim. Sed satis ce se constat, hæc esse notionem  
dumtaxat existentia creatæ, non autem existentia in communi  
ad creatam, & incretam, quo pacto dici potest principium en-  
tis realis, ut sic, quia Deus non ita dicitur existere, quasi extra  
causas sicut; & extra potentialitatem essendi, sub qua aliquando

fuerit. Quare melius dicitur existentia esse id, ratione cuius res  
constituitur extra nihil, scilicet enim explicat conceptum existentia  
in communi ad Deum, & creaturam, quam tam Deus, quam crea-  
tura per ipsam existentiam extra nihil constituntur in rerum natu-  
ra, itaque existentia, ut est communis Deo, & creaturis, exprimi  
debet per rei possibilitatem, & non repugnantiam ad existendum  
in rerum natura extra nihil, quia etiam Deus ipse est possibilis Lo-  
gicè, ut notavit Doctor 1. dist. 7. quæst. unic. quatenus non consti-  
tuitur ex prædicatis inter se repugnantibus (quò non sit possibilis  
objective, quia nequit esse terminus a dionis alicujus agentis) unde,  
& juxta nostram concipiendi modum, antequam Deum con-  
cipiamus, ut existentem in rerum natura, concipere solemus; ut  
Logicè possibilem, seu ut non repugnantem existere. Existentiæ  
vero in eadem communitate exprimi debet per rationem consti-  
tuendi rem extra nihil quocumque modo id contingat; Et hæc  
sufficiunt pro aune de essentia, & existentia rerum, plura namque  
de ipsis dicemus inferius in propria disputat.

Quoad alterum dubium de principis complexis, asserendum  
quoque est cum communi, ens inquantum ens, & quoad ejus fusi-  
bilitatem consideratum habere principia complexa, scilicet cogno-  
scendi, ita expressè Doctor loc. superius citat. quæst. prol. ad argu-  
m. 1. quæst. collocat, & rursus in solutioe ad 2. quæst. 2. collat.  
quod etiam habet in repositis quæstion. 1. prol. nec valet, quod  
Bargius ajebat, Doctorem inibi esse committere locutum, quia  
non erat locus proprius istius materie; nam ibi ex professo dis-  
putat Doctor de conditionibus subiecti, & declarat quo pacto ve-  
rum sit subiectum cuiuscumque scientia aliqua habere principia,  
dicens id intelligendum esse universaliter de principis complexis,  
& cognoscendi, non autem incomplexis, & essendi, & asserit  
exemplum de ente, quod in Metaph. statuitur subiectum, cuius  
sunt principia cognoscendi, non autem essendi, & hoc ipsum docet  
4. Metaph. cap. 1. & lib. 6. ab initio, ubi de principia, &  
causis entis loquitur, atque ideo est locus proprius istius matie-  
ria; Nec etiam fatiscit glossa, quam asserbat Vigerius supra  
relatus, quod Doctor loquitur de subiecto non simpliciter simpli-  
ci, quale non est ens; Quia ut constat ex ipso contextu, loquitur  
universaliter de quocumque subiecto, immò, & expressè de ipso  
subiecto Metaph. quod est ens, unde ingenue fatetur etiam Bargius  
ipse, illum glossam, etiam si ei placeat, extorquee litteram Do-  
ctoris. Accedit Aristot. auctoritas, quæst. 1. Post. text. 179. lo-  
quens universaliter de subiecto cuiuscumque scientia tribuit illi  
proprietas, & principia, per quæ tales proprietates de ipso de-  
monstrantur, ut ibi passim exponuntur Interpretes, & hæc au-  
tem sunt principia complexa, & cognoscendi, quæ subiecto con-  
veniunt, non in esse rei, sed in esse scilicet, id est in nominati-  
one de ipso Metaph. sic subiecto asserit 4. Metaph. cap. 3. dicens  
solum Metaph. esse considerationem illius primi principii, impossi-  
bile est simili idem esse, & non esse, cum enim sit id, in quod omnes de-  
monstrationes resolvuntur, consequenter deditur esse primum  
principium entis, inquantum ens, & non alicuius determinati  
generis entis. Denique stabiliter rationem quam tangit Doct. loc.  
citat. omnibus subiectum habens proprietates, & passiones per se pri-  
mo inhaerentes, habet etiam principia, quibus tales affectiones de  
ipso demonstrari possunt, quæ sunt principia cognoscendi, ut do-  
cuit Aristot. loc. citat. 1. Post. sed ens communissime sumptum est  
hujusmodi, ergo re vera ens, ut ens, habet principia cognoscen-  
di; Probat minor, quia ut constat ex hujusmodi progressu,  
& præsertim ex disputat. sequenti, multa de ente offensive de-  
monstrantur, & demonstratione etiam ducente ad impossibile,  
ergo principia complexa, & cognoscendi nequaquam ei debent  
denegari.

Ratio autem, quæ moti sunt Bargius, & Vigerius ad neganda  
quævis principia cognoscendi ipsi enti, aut nihil concludit, aut ad  
minimum probat, affectiones entis non posse de ente demonstrari  
demonstratione offensive, & a priori; non autem quod demonstra-  
ri nequeant demonstratione latente ducente ad impossibile; sed quo  
pacto nec etiam illud probat, constat ex disput. sequenti, ubi  
examinaimus contra præfatos Scotistas, nam entis passiones pos-  
sunt aliqua ratione de ipso demonstrari etiam offensive, & a priori.

Postremo ad declarandum quæ, & quor sunt entis prin-  
cipia complexa, & cognoscendi, quibus assumptis quoquo modo  
affectiones ejus de ipso demonstrantur, supponendum est ex di-  
ctis in Log. duplex dari genus demonstrationis, offensivum scilicet,  
& a priori, & deducens ad impossibile, quorum primum  
per se, & directè ad scientiam pertinet procedens ex causis  
ad effectus, vel ab entia rei ad passiones demonstrandas; aliud  
vero inventum est, non tam ad scientiam pertinet, quam  
ad ignorantiam pravam eliminandam, & hominis proterviam  
convincendam, unde non solum ad conclusiones probandas con-  
ducit, sed etiam ad principia prima, & immediata persuadenda,  
& probanda contra protervos, & perverticos; juxta hoc du-  
plex demonstrationis genus duplex etiam sunt generis principia  
ex quibus ipsæ constituuntur, nam quædam sunt principia prin-  
cipia ex ipsa rei essentia deducta, cuiusmodi sunt ea, quæ  
priori generi demonstrandi inserviunt; nonnulla vero sunt prin-  
cipia, in quæ omnis alia demonstratio, & principia de-  
monstrationis resolvuntur, quæ sunt ea prima principia, im-  
possibile est, idem simili esse, & non esse, quodlibet est, vel non  
est, quocumque est quædam est, necesse est esse &c. Et hæc intervi-  
niunt prioribus generi demonstrationis, quia ipsi innotit ut om-  
nis

nis deductio ad impossibile, ut docet Aristot. 4. Metaphysic. cap. 3.  
& 1. Post. 82. Itaque si loquamur de principis, quibus per offensi-  
væ demonstrationem, & a priori ipsi ens potest cognosci, cum  
affectiones de illo demonstrantur, sic multa possunt esse deliquari  
principia, sicut plures possunt de ipso formari ejusmodi demon-  
strationes; primum tamen omnium erit illud, in quo ratio  
entis quidditative de ipso prædicabitur, hoc enim universaliter  
evenit in omni scientia, quo primum, ac præcipuum cuiuscum-  
que scientia principium est illud, quod subiecti definitionem con-  
tinet, cum obiecti scilicet definitio fit ratio demonstrandi passio-  
nes de ipso offensive, & a priori, ut constat ex dictis in Logica;  
sic igitur etiam erit in Metaphysic. quævis enim ens propriam  
definitionem non habeat, quia ejus conceptus est simpliciter sim-  
plex; habet tamen proprium conceptum quidditativum, quo  
mediate, possunt ejus passiones de ipso demonstrari modo inferi-  
us explicando disp. seq.

Si vero sermo sit de principis, quibus per deductionem ad  
impossibile ipsum ens cognosci potest, præcipua entis principia  
sunt illa jam relata, impossibile est idem simul esse, & non esse,  
quodlibet est vel non est, &c. quia sunt adeo communia, ut vir-  
tute ipsorum veritas omnis entis convincipossit per deductionem  
ad impossibile, & in ipsa omnia alia demonstratio, & principia  
demonstrationis relevantur, quod in causa fuit, quæ Aristot. 1.  
Post. 82. & seq. docuit eas primas dignitates virtute ingredi omnem  
demonstrationem. At in istis hæc non magis esse principia ipsius  
entis communissime sumpti, quam aliorum particularium subiec-  
torum, siquidem eis utuntur particulares scientiæ ad ea, quæ  
sunt sibi propria, & ideo non posse cum veritate dici principia  
prima cognoscendi ipsum ens, inquantum ens. Respond. cum  
Aristot. citat. 4. Metaph. cap. 3. quod licet alie quoque scientiæ  
his utantur principis, quantum eis latet, & in principia, &  
causis entis partes considerant; nulla tamen his adæquate utitur  
nisi sola Metaphysic. quæ ens contemplantur in tota sua latitudine,  
& ideo bene salvatur ea principia specialia quædam ratione  
dici principia prima entis, inquantum ens; hic autem oberva-  
illa prima principia interdum quoque sub terminis dialecticis ex-  
primi solent, ut cum dicitur, de quolibet verum est affirmare,  
vel negare, de nullo ambo simul. Alia quoque principia minus  
tamen communia assignari solent, quæ de particulari obiecto Me-  
taph. asseruntur, ut illa de ente creato, totum est majus sua par-  
te; si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia;  
his autem Metaphysicis principis inferiores scientiæ utuntur eas  
applicando ad propriam subiectam materiam.

Q U E S T I O II.

An prima principia complexa sint nobis naturaliter nota.

Ica cognoscendum primorum principiorum olim controver-  
sa fuit inter Aristot. & Platonem; Plato quidem insillens  
illi fuisse principia, quod amare rationales sint ab æterno creatæ; in  
quodam determinato numero, nec cognitionem accipiunt a corpo-  
re, ad quod informandum destinantur, fed eis ab æterno species  
æterum omnium infusus esse, & perfectissimum omnium cognoscen-  
tum; at dum corpus ingrediuntur oblivisci, & paulatim deinde per  
doctrinam à præceptoribus remanent, ac reminisci, unde & nostram  
cognitionem reminiscitiam appellabat; huic, inquam, prin-  
cipio inhaerens dicebat prima principia complexa ita esse nobis na-  
turaliter nota, ut notitia ipsa complexa illorum sit immediate  
concreta, vel naturaliter congenita animæ nostræ. Aristot. vero  
docet, animam nostram produci denudatam omni prioris cog-  
nitione, & ut ipse loquitur 3. de Anim. 12. tanquam tabulam ras-  
sam, in qua nihil est depictum, adeoque juxta Aristot. scientiam  
animæ secundum se nullam habere congenitam notitiam, non so-  
lum conclusionem, sed nec etiam primorum principiorum, ut  
dictum est in Logica cubit. 33. Innot. Log. ult. ergo Aristot. etiam  
notitiam primorum principiorum acquiri de novo in intellectu natu-  
ro. Sed adhuc difficultas est in explicanda Aristot. sententia, an  
nimirum sufficiat illa simplicium terminorum apprehensio ad  
acquiritendam complexam notitiam primorum principiorum exem-  
pli gratia an notitiam hujus primi principii totum est ma-  
jus sua parte, sufficit sola consilia apprehensio terminorum to-  
tius, & partis ab intellectu, an potius sit ulterius necessaria alia  
complexa cognitio experimentalis via sensuum habita, per quam  
apprehendantur extrema esse conjuncta in re, & in effectus; pri-  
mum affirmat Scotus 1. Metaph. quæst. 4. & lib. 2. quæst. 1. & 1.  
dist. 3. quæst. 4. artic. 2. cum omnibus Scotis, postorius asserunt  
alii, ut Svesianus 1. Metaph. disputat. 7. Javell. 1. Metaph. quæst. 6.  
Fontes 1. Metaph. cap. 1. quæst. 4. lect. 3. Alexand. Themist.  
Averl. D. Thom. in expositione textus, quos citat, & loquitur  
Palsqual. tom. 1. Metaph. sect. 2.

Pro resolutione quæstionis advertendum est Scot. loc. cit. 1. dist.  
3. quæst. 4. art. 2. & 2. Metaph. quæst. 1. ubi & Ant. And. & Faber  
principia prima esse duplicis generis, quorum primum simpliciter, &  
absolute prima, & per se nota, cuiusmodi sunt propositiones ma-  
ximæ, & dignitates, circa quæ impossibile est errare secundum  
Philosophum 4. Metaph. quia sunt illa, impossibile est idem simul  
esse, & non esse, si ab æqualibus æqualia demas &c. & similia;  
alia vero non sunt simpliciter prima; nec per se nota, sed possunt  
esse conclusiones respectu primorum principiorum, & aliunde eo-

Metaph. P. 1. Tom. II.

rum notitia complexa acquiri potest scilicet per notitiam experi-  
mentalem sensibus habitam, & talia sunt principia scientiarum,  
& artium particularium, quæ notitia experimentalis necessario  
indigen, & sine experientia ex simpliciter terminorum apprehensio-  
ne cognosci nequeunt, exemplum sit hoc principium medicinale,  
nec cognosci nequeunt, exemplum sit hoc principium medicinale,  
quod R. Heubarbarum est cholera purgativum, quod pro sua sen-  
tentia Javellus asserit, intratum enim hac propofio est vera in  
arte medica, quatenus Medicus plures expertus est ita contingere,  
& ex quibus frequentatis experientis veritatem deducit illius pro-  
pofitionis, non autem ex simpliciter terminorum apprehensione; hæc  
præ accepta distinctione adhuc magis explicanda quæstion. sequ.  
numer. 29.

Dico primò, quod prima principia complexa, & cuiuscumque sint  
generis, non sunt nobis naturaliter nota in sensu Platonis, quia  
notitia ipsa complexa illorum sit animæ nostræ à natura conce-  
nta. Est Doctores loc. citat. & omnium Peripateticorum; Proba-  
tur ex principis Aristot. quia ex 3. de Anim. 14. ab initio lue pro-  
ductionis anima in se est, tanquam tabula rasa, in qua nihil est  
depictum. Tum quia si prima principia essent nobis naturaliter  
nota, semper ad illa specularemur circa illa, vel saltem ad libitum  
circa illa speculari possemus. Tum quia experimur, parvulus in  
principio suæ cognitionis non habere notitiam complexam eorum  
principiorum. Tum tandem evidenti ratione, quam Doctor ad-  
ducit 2. Metaph. quæst. 1. quia omnis nostra notitia intellectiva  
ortum ducit à sensu, sed cognitio primorum principiorum est in-  
tellectiva, unde 6. Eth. cap. 3. ab Aristot. realis cognitio vocatur  
intellectus, ergo non in se naturaliter ipsi intellectus; Majorem  
ita declarat Doctore, quia anima nostra nullam habet cognitionem  
naturalem ex natura sua, nec simpliciter, nec complexorum, sed  
omnis cognitio ejus oritur à sensu, primo enim motu movetur  
sensus ab objecto simpliciter, non complexo, & a sensu motu mo-  
vetur intellectus, & intelligit simpliciter, qui est primus adus intel-  
lectus, deinde post apprehensionem simplicium, sequitur alius  
actus, qui est componere simplicia ad invicem, & post illam  
compositionem habet intellectus ex lumine naturali, ut assenti-  
tiam veritati complexæ, si illud complexum sit primum prin-  
cipium.

Dico secundò, quod loquendo de principis primi generis,  
quæ nimirum sunt per se nota, & simpliciter prima, non indigent  
experientia, seu experimentalis cognitione complexa, per quam  
scilicet extra videantur conjuncta in re, & in effectus, sed suffi-  
cit simplex terminorum apprehensio, ut intellectus eis assentiatur,  
unde notitia primorum principiorum in eo dumtaxat sentiendi po-  
tens sunt nobis nota habita notitia simpliciter terminorum. Ita Doct.  
loc. citat. cum suis, & alii citandis ad hunc quæstionis, & est  
expressè Aristot. 1. Post. text. 6. dum ait, principia prima cog-  
noscentibus, inquantum terminos cognoscimus, quo dicto satis cla-  
re insinuat ad notitiam complexam primorum principiorum solum  
sufficere terminorum notitiam incomplexam, nec aliam comple-  
xam, qualescumque ponatur, necessariam esse; Probat autem  
hanc conclusionem Doctor 1. distinction. 3. quæstion. 4. artic. 2.  
§. quantum ad secundum articulum, sic arguendo, termini prin-  
cipiorum per se notorum talem habent identitatem, ut alter no-  
tus evidenter necessarii alterum includat, & ideo intellectus  
componens illos terminos, ex quo apprehendit eos, habet apud se  
necessariam causam conformitatis illius adus componendi ad  
iplos terminos, quorum est compositio, & etiam causam evi-  
dentem illius conformitatis, & ideo necessario patet sibi com-  
formitas illa, cuius causa necessaria, & evidenter, apprehen-  
dit in terminis; igitur non potest esse in intellectu apprehen-  
sio terminorum, & compositio eorum, quin sit conformitas  
illius compositionis ad terminos, sicut non potest flare albedo,  
& albedo, quin sit similitudo; hæc autem conformitas com-  
positionis ad terminos est veritas compositionis, ergo non potest  
flare compositio talium terminorum, quin fit vera, & ita non  
potest flare perceptio illius compositionis, & perceptio termi-  
norum, quin fit perceptio conformitatis compositionis ad termi-  
nos, & ita perceptio veritatis, ita Doctor. Ex quo deducit-  
tur, quod nequit flare apprehensio totius, & partis in in-  
tellectu, quin insorgat veritas hujus complexionis, totum est  
majus sua parte, ex illa simpliciter terminorum apprehensione.

At; inquit Javell. experientia constare, quod licet habeamus  
simplicem terminorum cognitionem, tamen ipsi sensitiva  
cognitione cognoscimus terminos conjungi in re, necimus for-  
mare principium illud complexum, Rheubarbarum purgat cho-  
leram, quia flare potest, quod sciat, quid Rheubarbarum sit,  
& quid cholera, & tamen ignoretur hæc complexio, Rheu-  
barbarum purgat cholera, & rursus, quod sciat, quod sit  
æqualis, quid sit demere, & quid remanere, quod sciat, quod sit  
æqualis illa universalis, si ab æqualibus æqualia demas &c.  
Contra, quia primum exemplum de Rheubarbaro non est ad  
rem, illud namque non est principium per se notum, simplici-  
ter, & absolute primum, ut diximus, & de talibus principis  
concedimus ad eorum complexam notitiam habendam, simplicem  
terminorum apprehensionem minime sufficere; aliud autem  
exemplum est quidem ad rem, & concedimus contingere posse,  
quod intellectus apprehensio illis terminis quid sit æqualis, quid  
sit demere &c. non faciat illam compositionem, si ab æqualibus  
æqualia demas &c. ut puta quia non animadvertit, vel quia  
G 3 et non

ei non occurrat occasio; attamen si contingit, quod compositionem faciat illorum terminorum, statim illam cognoscit esse veram abique eo, quod recurrat ad experimentum, quia ex illa cognitione simpliciter terminorum propositio illa habet evidentiam, & in hoc sensu procedit ratio Doctoris alata, non enim ipse intendit, quod sola, & pura cognitio terminorum sit formaliter cognitio principiorum, quia non est eadem cognitio totius, & partium, sed intelligit quod facta compositione ex illis terminis statim intellectus illi assentiat abique alia ratiocinatione, aut experimentalis cognitione; quod etiam Jandun docet 2. Metaphys. quæst. 2. ubi ait principia communia esse nobis naturaliter nota, non quidem secundum actum perfectum, & completum, ut aiebat Plato, sed secundum potentiam, & dispositionem propinquam, quatenus potentia intellectiva habita sola, & præcisa eorum compositionem, eique firmiter adhereret abique alia ratiocinatione, vel præcedente notitia experimentalis; licet hoc dictum minus recte extantat Jandun, etiam ad alia principia minus communia, quæ habentur in singulis scientiis.

13 Pasqualig. etc. huic rationi non respondet, quia eam non adducit; respondet tamen ad Aristot. auctoritatem ex 1. Post. adductam, quod principia cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus, & ad aliam confirmat ex 1. Top. cap. 1. ubi de primis principis loquens Aristot. ait, *sunt quidem, vera, ut prima, quæ non per alia, sed per se habent fidem*; per se autem fidem non habent, si ultra cognitionem terminorum indigerent notitia experimentalis, quia prius cognoscere terminos in re coniungi. Respondet (inquam) Pasqualig. quod prima principia dicuntur per se, & non per alia cognosci, quia in se ipsis habent intrinsecam evidentiam, & non in alio, unde in se ipsis movent intellectum ad præbendam fidem ad differentiam conclusionum, quæ non habent evidentiam in seipsis, sed in suis principis, à quibus intellectus movetur, ut assentiat conclusionibus ab illis deductis, cognoscitur tamen principia propter experientiam, quia evidentia illa, quam intrinsecè dicunt esse codunata ab intellectu ex pluribus evidentiis particularibus. Hæc solutio seipsum destruit, si enim principia in seipsis habent intrinsecam evidentiam ex terminis, ergo non necessariò indigent experientia, per quam termini illi videantur conjuncti, quia talis conjunctio constat ex ipsa ratione terminorum per intellectum apprehensa. Tum quia si indigens ad eorum assensum notitia experimentalis, ergo non per se ipsa præcisè, sed per aliud cognosci dicuntur scilicet per experientiam. Tum quia cum Aristot. ait principia cognosci, in quantum termini cognoscuntur, plane per talem loquendi modum, & per illam particulam *in quantum*, solum includit cognitionem terminorum, & aliam omnem excludit sive à priori, sive à posteriori, sive per discursum, sive per experientiam; per quod reicitur quod ibid. subdit Pasqual. quod principia dicuntur cognosci per seipsa, quatenus non per aliud medium à priori demonstrantur.

14 Secundò principaliter arguit Doctor loc. citat. quam rationem ita deducit Faber, si intellectus ex simpliciter terminorum cognitione abique experientia præcedente principium per se notum cognoscere non possit, sequeretur, quod in intellectu simul essent opiniones repugnantes; Probatur consequentia, quia habita cognitione horum terminorum totum, & pars, si quis faciat compositionem horum terminorum, totum est manus illa parte, intellectus ex ratione formalis terminorum novit illam propositionem esse veram; quia vero non ad eam cognitio sensitiva, & experimentalis, poterit intellectus dubitare, num vera sit illa complexio, & ita in eodem intellectu erunt opiniones repugnantes scilicet opinio, quod sit vera & opinio, quod non sit vera. Fundatur autem hæc ratio (inquit Doctor) in illis Aristot. dicto 4. Met. tex. 3. & 9. ubi ait, quod oppositum primi principii scilicet huius, *impossibile est esse, & non esse*, non potest venire in intellectu alicuius, quia tunc essent opiniones contrariæ simul in mente; posset autem venire in mentem alicuius oppositum primi principii, si nequit cognosci abique prævia experientia, & sufficienti assensu illi præberi, si enim termini illius principii conjungantur ante quamcumque experientiam, & in intellectu illi non assentiat ob experientiam defectum, ergo oppositum primi principii venire poterit in mentem cuiuscumque, & ex illibet poterit in foribus errare idem in primis principis, si experientia careat, quantumcumque habeat simpliciter terminorum cognitionem, cuius oppositum ubique Aristot. docet, vide Tromb. 2. Metaphysic. quæst. 1. artic. 2. paulò aliter hæc rationem deducentem, & magis in hærentem litteræ Scoti.

15 Tertio arguit Doctor, intellectus quantum ad notitiam principiorum non habet sensum pro causa, sed tantum pro occasione, quia intellectus non potest habere notitiam simpliciter, nisi acceptam à sensibus; illa tamen accepta potest simplicitè virtute sua componere, & si ex ratione tantum simpliciter sit complexio evidenter vera, intellectus virtute propria, & terminorum assentiet illi complexioni, non virtute sensus, à quo accipit terminos exteriores, exemplum; si ratio totius, & ratio majoritatis accipiantur à sensu, & intellectus componat illam, omne totum est majus, sua parte intellectus virtute sui, & illorum terminorum assentiet indubitanter illi complexioni, & non tantum quia vidit terminos conjunctos in re, sicut assentit illi, Sortes est albus, quia vidit terminos in re uniti, Immo ait Doctor, quod si omnes sensus et-

sent falsi, à quibus accipiuntur tales termini, intellectus circa talia principia non deciperetur, quia semper haberet apud se terminos, quia essent causa veritatis; ut potè si alicui cæco nato essent impressæ miraculose in somnibus species albedinis, & ingredinis, & illæ remaneret, post in vigilia intellectus abstractus ab eis componeret istam, album non est nigrum, & circa istam non deciperetur intellectus, licet termini accipiantur à sensu errante, quia ratio formalis terminorum, ad quam deventum est, necessaria causa veritatis huius negativæ.

Quarto ex hoc arguit Trombet. loc. cit. postea causa necessaria alicuius effectus de necessitate sequitur effectus, si illa causa est totalis, & sufficientis; sed sic est, quod causa necessaria, & totalis sufficientis respectu veritatis principiorum, ac evidentia eorum, est apprehensio terminorum simpliciter, & compositio ipsorum in intellectu; ergo illis positus in intellectu de necessitate sequitur veritas principiorum, & evidentia ipsorum, & hoc circumscriptò quocumque alio, ergo circumscripto hoc, quod extrema principii apprehendantur esse unita in re per sensum, non minus intellectus percipit veritatem principii, & etiam evidentiam cognoscit ipsum. Minor probatur, quia ex Aristot. 1. Post. & 6. Ethic. in hoc distinguuntur evidentia principii ab evidentia conclusionis, quia evidentia istius habet causam extrinsecam, à qua essentialiter dependet; sed evidentia principii dependet tantum à causa intrinsecâ, quæ sunt termini percepti ab intellectu, & compositi ad se invicem, ut ait Linchon.

16 Demum arguit, quia notitia, quæ est certissima, ac evidentissima non dependet à minus certa, ac evidenti, sed notitia primorum principiorum est certissima, & evidentissima, & experimentalis verò est incerta, quoniam sensus decepti potest, nec in omnibus, sed in paucis tantum individuis haberi potest, ergo &c. Respondet, posse tamen ab experientia pendere, quia non est ab illa sola, sed etiam à lumine intellectus talem certitudinem, ac evidentiam tribuente, unde experimentalis cognitio est veluti causa tantum partialis. Contra, quia falsum vel evidentiam principiorum à lumine intellectus originem ducere, quia intellectus assentit illis propter eorum evidentiam, ergo ex se, & independentè ab intellectu eam habent. Tum quia eo concessò adhuc non solvitur difficultas, quia lumen intellectus idem est respectu cuiuscumque cognitionis, sive sit principiorum, sive experimentalis, ergo ex se facere nequit, quod una notitia sit certior, ac evidenter altera, quia tales conditiones in cognitione se tenet ex parte objecti. Respondet Pasqualig. quod quamvis sensus decepti possint, tamen potest corrigi error, vel ab alio sensu, vel ab ipso intellectu, qui prius cognoscit cognitionem experimentalem sensitivam, sed quando sequitur cognitionem experimentalem sensitivam, sed quando pendit, an ea interveniat aliquis error; quod si reperit certam esse, nec sensum falli, tunc illam sequitur, & ab ipsa desumit cognitionem principiorum codunatam ex pluribus cognitionibus particularibus, & hoc modo ab experientia principia acquirunt certitudinem, atque evidentiam. Contra adhuc stat argumentum in roborem, si enim sensus ab intellectu corrigi potest, ergo signum est, intellectum cognitionem certioram esse, ac firmiter sentit; sed notitia certior, & firmitior non pendet in sua certitudine, & firmitate à cognitione incertiori, & infirmiori, ut argumentum urgebat, ergo &c. Parum ergo refert, quod sensus possit corrigi ab intellectu, quia hæc illa solutio sequitur notitiam ex suo genere certam, & evidentem pendere in sua certitudine à cognitione minus certa, ac evidenti.

Solvuntur Objectiones.

17 **I**N oppositum. Primò arguitur contra primam conclusionem, prima principia non sunt nobis cognita, nec per inventionem, nec per doctrinam, ergo eorum cognitio est nobis innata à natura, & non aliunde acquisita; Consequentia patet, quia non sunt plures modis cognoscendi, quam illa duo; Probatur assumptum, quia omne cognitum per doctrinam, vel per inventionem, cognoscitur per aliquid prius notum ex primò Posteriorum omnis doctrina, & omnis disciplina &c. Sed primis principis nihil est prius notum, ergo non sunt cognita per doctrinam, nec per inventionem. Confirmatur ex Comment. 1. Metaphysic. com. 1. super illud dictum, *nullus ignorat locum suum in domo*, ubi dicit, quod principia sunt nobis naturaliter cognita in quolibet genere entium, & tertio de Anima com. trigesimo sexto repetit, quod principia sunt nobis naturaliter nota.

Respondet Doctor 2. Metaph. quæst. 1. cognitionem principiorum quantum ad simpliciter acquiri ex sensibus, quatenus sensus repræsentat terminos simplices intellectus, quos virtute naturali apprehendit, & copulat, & sic aliquoties nota sunt ex præexistenti cognitione, non quidem complexa, sed incomplexa, quam autem dicitur, quod non sunt nota per doctrinam, vel per inventionem, hoc utique verum est quia hæc modus addiscendi pertinet ad cognitionem complexam, & ista dividunt acquisitionem scientiæ; quæ sit per prius nota, non sic autem est de intellectu, qui ponitur hab-

habitus principiorum; & hoc modo est dare tertium modum cognoscendi, qui scilicet sit ex præexistenti cognitione incomplexa terminorum. Ad Conf. ait, quod ideo prima principia dicuntur nobis naturaliter nota, pro quantum facta compositione simpliciter terminorum, statim ex lumine naturali intellectus adhaeret illi veritati; adhuc tamen illa cognitio terminorum acquiratur ex sensibus, & iste intellectus dicitur habitus principiorum, ex quo adheret primis principis. Sed contra inquit Doctor, quia si homo ex lumine naturali assentiat veritati principiorum, tunc omnes homines æqualiter assentiant, quia quod consequitur hominem, vel intellectum multorum habentibus intellectum, illud est contra Comment. super 3. Physic. in principio, ubi dicit quod aliqui propter consuetudinem negaverunt prima principia, & exemplificat de Christianis, qui negant illud principium, ex nihilo nihil fit. Respondet, quod alata solutio intelligenda est de principis simpliciter primis cuiusmodi sunt, impossibile est idem simile esse, & non esse, omne totum est majus sua parte, & huiusmodi; circa quæ impossibile est errare secundum Aristot. 4. Metaphysic. tex. 8. non autem procedit de principis secundariis, quæ possunt esse conclusiones respectu primorum principiorum, talibus etiam potest unus magis assentire, quam alter, & de talibus loquitur Com. ubi supra.

Secundò urgeat contra secundam conclusionem probando prima principia nec esse nobis naturaliter nota, modo ibi explicato, nam quæ sunt nobis nota per experientiam, aut per inductionem, aut per sensum naturaliter nota, quia omnia talia habentium cum difficultate, sed prima principia sunt nobis nota alioquin istorum modorum. 1. Ethic. cap. 7. ergo &c. Tum 2. quia alioquin pariter difficultatem in assentiendo primis principis, alioquin frustra poneretur habitus principiorum, qui dicitur intellectus, habitus namque ponitur in potentia vel propter ejus differentiam determinandam, vel ad eam faciendam ad operationem. Tum 3. quia si nobis essent naturaliter nota, quis non posset ea negare? cuius oppositum refert Commentator loc. cit. vel saltem omnes homines æqualiter illis assensum præberent, cuius oppositum docuit Aristot. 2. Cœli ubi ait aliquos prima principia recipere non posse aut ex malitia complexiois, aut consuetudine audiendi falsa, aut ex parva instructione in Logica. Tum 4. quia non sunt nobis naturaliter nota actu, quasi actualis eorum notitia sit nobis ingenua, ut dictum est contra Aristot. 1. de Anima. Tum 5. quia ut inquit Comment. 2. Metaphysic. prima principia potius passim recipiuntur propter familiaritatem, quam quia sint naturaliter nota, & ex terminis ipsis, unde si opposita primorum principiorum redderentur famosa, non minus illas assentiretur. Tum tandem, quia si ratio evidentia complexiois primi principii est, quia causa includitur in terminis, sequitur omnem propositionem veram, cuius terminos cognoscimus, esse principium per se notum, quia veritas illius complexiois continetur in illis terminis, ut verbi gratia causa propter quam risibiles inest homini, includitur in homine; consequens autem est falsum, quia non omnis propositio vera est per se nota.

18 Resp. ad 1. potest esse ad oppositum, ut inquit Arist. ibi cit. *principium alia inductione, alia sensu, alia assuetudine quadam, alia alio modo percipiuntur*, docet ergo Aristot. aliqua principia non indigere cognitione experimentalis, & hæc ratio principia omnino prima, de quibus hic loquimur; neque repugnat aliqua nobis fieri nota per sensum, quatenus notitia intellectiva terminorum dependet à sensu, & tamen talia dicta nobis naturaliter nota, quatenus ex lumine naturali intellectus assentimus veritati eorum. Ad 2. a Zerbis. 2. Metaphysic. quæst. 1. §. propter secundum, potentiam intellectivam nullam, quantum est de se, habere difficultatem circa prima principia, nec esse indeterminatam ad opposita respectu eorum, quia naturaliter, & determinatè inclinatur in prima principia, sicut voluntas non est inclinata ad opposita respectu ultimi finis; atque ideo propter neutrum istorum ponitur habitus principiorum in intellectu scilicet nec ad tollendam indifferentiam potentia, nec ad eam faciendam difficultatem intelligendi alia principia secundaria, & conclusiones ex primis dependentes, quia intellectus habitus principiorum instruitur facilius, & promptius conclusiones deducit ex ipsis, quam sine illo, sed de hoc dicemus quæst. seq. Ad 3. prima principia, de quibus hic loquimur, à nemine possunt negari, ut enim ait Philoosophus, in foribus quis delinquit? & cum oppositum innuit ipse, vel ejus Comment. intelligendum est de principis secundariis, quæ non sunt communia omnibus scientiis, sed uni tantum, ut in physica, quod natura agit propter finem, & in Geometria, quod parallelæ non coincidunt, hæc enim principia, quia non sunt universalia, non vocantur dignitates, sed suppositiones, & petitiones ex 1. Post. cap. 3. quæ præceptor in initio scientiæ postulat, ut tales suppositiones, quæ sunt principia illius scientiæ particularis, supponantur pro veris, unde circa illa potest utique dubium aliquod contingere. Vel certe si prima principia à quopiam negantur, hic erit indipotens, & opinionibus falsis imbutus, *Metaph. P. 1. Tom. IV.*

ac enutritus, cum autem hic dicimus prima principia esse apud omnes naturaliter nota, lupponimus, hominem esse rectè dispositum, nec habere lumen rationis præpeditum, & lesum, ut ait Philoosophus.

19 Ad 4. licet principia non sint nobis naturaliter cognita secundum actum; sunt tamen nota secundum potentiam propinquam, quæ reduci potest ad actum sine ratiocinatione necessario præcedente causa sola cognitione terminorum, quo pacto conclusiones dici nequeunt naturaliter notæ. Ad 5. negat. assumptum, licet enim apud quosdam male dispositos principia alioquin cognoscantur propter familiaritatem, apud tamen bene dispositos cognoscuntur naturaliter ob evidentiam suæ necessitatis, vel illud dictum Comment. intelligi debet de peculiaribus principis cuiuscumque scientiæ, quæ suppositiones dicuntur in ea scientia ob familiaritatem, quam habent in ea. Ad ult. iam diximus disp. 13. Logic. quæst. 3. artic. 1. propositionem per se notam esse illam, quæ evidentiam habet ex terminis consulo modo cognitis; at in cæteris propositionibus veris, non tamen per se notis, licet earum veritas quoque prodeat ex terminis ipsarum; non tamen est evidens, nisi termini distinctè cognoscantur, & quia cognitio distincta est difficultis, ideo eorum complexio non potest evidentè cognosci, nec potest dici propositio per se nota in proposito autem causa evidentie complexiois primorum principiorum habetur ex cognitione terminorum, consula, & ideo dicuntur prima principia per se nota, quod convenire non potest cæteris propositionibus, quarum evidentia pendet ex terminis ipsarum distinctè cognitis.

Tertio inquit Suesian. probando ad notitiam primorum principiorum non sufficere simplicem terminorum apprehensionem, sed necessariam esse notitiam experimentalem complexam via sensuum habitam, quæ extrema percipiuntur esse in re, & in effectu conjuncta; probatur autem quia in omnibus scientiis, & facultatibus ultima resolutio omnium principiorum stat ad experientiam ipsam, unde 4. Metaph. Arist. arguens contra negantes illud principium *duo contradictoria de eodem simul, & simul verificari nequeunt* ad eos revincendos reducit illos ad experientiam sentiatam. Deinde intellectus magis assentit principio, quam conclusioni; non utique quia verus sit conclusio, quia utrobique æqualis, est veritas, sed quia notius, at non est notius, quia intellectus agens magis principium illuminet, quam conclusionem, cum tale lumen respectu utriusque sit æquale, ergo hoc ideo est, quia principium magis experientie substat, quam conclusio. Rursus intellectus nihil cognoscere potest suo lumine non concurrente sensibili experientia, ergo neque principia; Probatur assumptum, quia si fides errat, nequit illum intellectus corrigere proprio lumine, sed illum corrigit per alium sensum, unde cum vitis decipitur iudicando baculum fractum in aqua, intellectus illum corrigit testimonio tactus Tandem, si sic, tunc omnes præceptores æqualiter docerent, nam in simpliciter terminorum explicatione non potest error contingere, vel falsitas, sed in compositione dumtaxat.

20 Respond. negando assumptum de principis omnino primis, de quibus hic loquimur, siquidem ultima eorum resolutio stat ad simplices terminos, nam ea cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus, & quamvis experientia quoque sic valde utilis ad ea persuadenda, non tamen est simpliciter necessaria; unde si eam interdum adhibet Philoosophus, hoc solum facit adversus protervos, qui magis convineantur ex ipsa experientia sentata, quare conclusio, experientiam esse solum necessariam ad ostendendam principia particularia in qualibet scientia, non autem principia omnino prima, ac universalia, quæ satis patent ex terminis. Ad 2. prima, & per se nota cur intellectus magis assentiat principis, quam conclusionibus non est experientia; sed quia ex simpliciter terminorum apprehensione, immediatè abique alia experientia cognoscuntur esse connexa. Ad 3. negatur assumptum, quia intellectus multas cognoscit complexiones, & nonnulla principia, quæ immediatè sensui non attinguntur, ut sunt illa, quocumque dicitur de aliquo universali, dicitur etiam de omni contento sub illo; diversorum generum, & non subalternatum posteriorum &c. & similes complexiones infensibiles; tum quia ut aiebat Doctor citat. numer. 15. intellectus non dependet in cognitione sua à sensu, ut à causa ejus productiva, sed tantum occasione, quatenus pro statu suo nequit habere cognitionem simpliciter, nisi acceptam à sensibus, illa autem accepta potest simplicitè virtute sua componere, & illam compositionem abique sensu proprio lumine cognoscere. Ad probationem assumpti dicendum, quod est regulariter intellectus uno flexu utatur ad alterius errorem corrigendum, hoc tamen non obstat, quomodo possit illum ex se corrigere immediatè propria virtute. Ad ultim. etiam in notitia experimentalis regulariter error non contingit, unde etiam ex hoc capite omnes magistri æqualiter docerent; itaque dicendum à præceptoribus non tantum prima principia edoceri, & omnino universalia, sed etiam minus universalia, & rursus conclusiones ab eis deducibiles per varia media, in qua quidem deductione error, & falsitas contingere potest.

21 Quarto ad idem arguit Pasqual. ex Aristot. 1. Prior. cap. 17. ubi docet ad experientiam spectare, quod principia tradat, his verbis *quæ principia quidem, quæ sunt circa unumquodque experientiam est tradere, ut astrologica, inquam, experientia, astrologica disciplina principia, &c.* 2. Post. cap. ultim. probat prima principia debere innotebere per inductionem experimentalem; Et ne dicitur

dicatur Aristot. ibi non loqui de principiis omnino primis, neque loqui de necessitate, sed de utilitate, subdit hæc verba, *necessitas est ignis, ut ex hisce patet, ipsa prima* (scilicet principia) *manifeste cognoscitur, sic enim, et sensus in nobis efficit universalis*. Deinde probat ratione, prima principia sunt propositiones universaliter veræ, at nequit intellectus cognoscere illas universaliter verificari, nisi tantum veritatem percipiat in particularibus per experientiam ipsam, seu experimentaliter inductione in singularibus facta, ergo &c. Probatur minor, quia esse universalis propositionis dependet ab esse plurium propositionum particularium, quia prius est quod verificetur in pluribus singulari modo, quam quod verificetur universaliter. Neque dicas veritatem principiorum factis percipi ex ipsis terminis universaliter acceptis propter eorum evidentiam, quia hæc evidentia terminorum est universalis, atque ideo apparet nequit, nisi dependenter à singularibus, in quibus reperitur, & sicut termini universales colliguntur à particularibus propter convenientiam, quam habent ad invicem, ita etiam ipsorum evidentia debet colligi ab evidentia terminorum particularium, & consequenter veritas propositionum universalium à veritate particularium. Rursum intellectus assensit principii dependentem à sensu, quia omnis nostra cognitio ortum ducit à sensu; non potest autem assentiri, quia per sensus repræsentatur, hic enim tantum singularia repræsentat, ergo non nisi quia prius fit inductione experimentalis in singularibus, ex qua postea intellectus colligit universaliter veritatem. Denique intellectus, cum sit causa universalis, indiget aliquo determinativo, quod se tenet ex parte objecti, quo ad talem cognitionem determinatur, aliud autem motum, & determinativum intellectus ad assentiendum primis principii assignari nequit præter experientiam ipsam, ergo &c.

22 Ad 1. auferit. constat Aristot. ibi non loqui de principiis omnino primis, sed primis in aliqua scientia, ad quorum cognitionem ulterio concedimus simplicem terminorum apprehensionem non sufficere, sed necessariam esse notitiam aliquam præcedentem conjunctionis eorum in re, & in effectu, ut num. 10. dictum est. Ad aliam auctoritatem ex 2. Post. exploratum non est apud omnes an de principiis omnino primis, & omnibus scientiis communibus, an de peculiaribus in aliqua scientia loquatur; si de principiis primi generis loquitur, particula *necessitas*, non dicit necessitatem simpliciter, sed tantum secundum quia, quia ut ait Doctor 2. Metaph. quæst. 4. & Arist. ibidem, cognitio sensitiva experimentalis, qua novimus terminos illorum principiorum in suis singularibus reipia esse conjunctos valde juvat, ut intellectus citius illis principii assentiat; ex contrario quod sensus frequenter videt hæc totalitatem, & majoritatem conjungi, citius intellectus assentit huic principio *omne totum est majus sua parte*, hoc tamen non est necessarium simpliciter, quia etiam in re nunquam intellectus vidisset hæc totalitatem, & majoritatem conjungi, habita tamen simplici notitia horum terminorum *totum, & pars* incomplexa, potest intellectus virtute propria illos componere, & ex ipsa terminorum evidentia illi propositioni universaliter assentire, si autem Aristot. ibi loquitur de principiis non omnino primis, ut explicat Valquez part. 2. disp. 74. cap. 3. & Salas part. 2. tractat. 10. disp. 2. concedi potest, quod loquitur etiam de necessitate simpliciter, si tandem promittit loquatur de his, & illis, necessitas illa accipienda est in sensu accomodato, ut in ordine ad principia primi generis loquitur de necessitate loquitur quid; sed in ordine ad alia principia minus communia loquitur etiam de necessitate simpliciter. Ad rationem negatur minor, licet enim nunquam per aliquem sensum videatur conjunctio, vel separatio in re extremorum alicujus primi principii puta totius, & partis; sed tantum ex sensibus apprehensi fuerunt termini totius, & partis, & intellectus illa componat, vel dividat; ipse propria virtute assentit; unde dupliciter nobis innoscere potest aliqua propositio universalis, nempe vel ex veritate plurium particularium agnita per inductionem, vel ipsis terminis universaliter acceptis propter eorum evidentiam, & adhuc hæc secunda via salvatur evidentiam universaliter terminorum pendere ab evidentia singularium inquantum ex sensibus ipsi apprehenduntur termini, non autem eorum conjunctione, per quod patet ad replicam ibi factam; negandum tamen est, quod ibi sapit inculcat Pasquali veritatem universaliter pendere à particulari, licet enim id verum sit in materia contingenti, non tamen in materia necessaria prius enim verum est, quod omnis homo est animal, quam quod Petrus sit animal, & ideo hæc inferitur ex illa à priori, ut infra dicemus numer. 60. Ad aliam rationem, esse intellectus assentiri posse primis principii ex motivo tacto in argumento, nimirum ex inductione experimentalis in singularibus facta, quia tactus inductione valde juvat ad principiorum assensum, hæc tamen non est prima, & per se causa, sed ipsorum terminorum evidentia, quæ de se est sufficientis causa assensum, etiam si nulla prius præcessisset experientia de extremorum conjunctione. Ad ult. negatur minor, quia pro sufficienti motivo intellectus ad assensum primorum principiorum præter experientiam assignari potest evidentia extremorum, & alia quedam argumenta contra 2. conclusionem facit Javellus, quæ ex dictis facile solvuntur, & præcipue probant de principiis secundariis, & peculiaribus in unaquaque scientia, ad quorum assensum ulterio concedimus simplicem terminorum apprehensionem nequaquam sufficere ex dictis numero 10.

23 Nota ad finem hujus quaestionis Blancum disp. ult. Log. fec. 11. ejus discessionem duabus conclusionibus non minus breviter, quam luculenter tradere, quaerens enim ibi, an cognitio primorum principiorum, quæ dicitur intellectione, vel advertentia generetur per inductionem, vel alio modo; primo advertentia inductionem duobus modis lumi posse, primo proprie, prout dicitur ex singularibus colligens universalis; secundo lata significatione, prout significat quodcumque experimentum singularium, vel cognitionem eorum sive complexam, sive incomplexam. Deinde statuit primam conclusionem dicens, principia posse quidem cognosci per inductionem proprie dictam, eam tamen cognitionem non esse illam, quam vocant intellectionem, seu intellectionem, sed scientiam quia, primam partem probat, quia nulla est cognitio universalium, quæ non possit haberi per singularium inductionem, alteram partem probat, quia tactus cognitio per inductionem genita est discursiva, certa, & evidens, ergo est scientia, & non intellectione, quæ non est discursiva. Postremo secundam statuit conclusionem, in qua dicit, quod cognitio principiorum pertinet ad intellectionem generatur per inductionem late sumptam, id est per experientiam, sive cognitionem singularium incomplexam; Probatur, quia apprehensionem terminorum, per quas generatur ipsa cognitio, esse non possunt sine speciebus sumptis per sensus ex singularibus; ad hoc autem ut intellectus huic principio *omne totum est majus sua parte* assentiat, oportet apprehensione significationem hanc vocari *totum, & pars*, & ad istam apprehensionem necesse est, ut per sensum cognoscatur aliquod totum, & partem; unde intellectione, quæ est notitia primorum principiorum definitur, quod sit assensus principiorum ex apprehensione terminorum genitus, & hæc breviter est sententia Scoti superius explicata.

24 Eandem quoque sententiam ex Ruvo tract. de habitibus principiorum, in Logica magna refert Salas part. 2. tract. 10. disp. 2. sect. 4. num. 97. & sequitur, distinguunt enim ibi de duplici primorum principiorum genere, ut nos fecimus, quedam enim sunt omnino prima, & omnibus scientiis communia, & inquantum hujusmodi principia ex vi conditionis suæ non indigent experimento vel inductione ut illis assentiamur, sed ad eorum complexam notitiam, seu assensum sufficere solam terminorum apprehensionem de aliis vero principii, quæ non sunt omnino prima, sed sunt principia particularium scientiarum, concedunt, quod experientia indiget ac experimentaliter inductione, addunt tamen experientiam, & inductionem etiam ad notitiam, & assensum principiorum primi generis esse valde utilem, ac etiam aliquo pacto necessariam, non quidem ad assensum quoad substantiam simpliciter, & absolute sumptum, sed quoad firmitatem assensum, firmius enim, & certius adhaeret primo principio cæteris paribus inductione experimentaliter probato, quam ex terminis solum cognito; unde hæc nostra sententia communis modo est inter Modernos. Immo etiam hæc fuit veterum communis, Albertus namque 2. Post. tract. 2. cap. 6. quem sequitur Tolet. in eodem capite comparat principia primi generis visibilibus luminosis, quæ suo proprio videntur lumine abique ullo alio extrinseco, & Ægid. 2. Post. cap. ult. inquit, sic oculis informatum specie videt colorem, ita intellectus apprehensione facta assentit illi, & Lincoln. 1. Post. cap. 9. & Arist. ipse 2. Metaph. cap. 1. vocat hæc janua scientiarum, in quibus non contingit error, & denique hujusmodi de prima principia esse ex solis terminis nota docet D. Thom. part. 2. quæst. 51. artic. 1.

QUÆSTIO III.

An deus habitus primorum principiorum ex eorum notitia generis.

25 Negant Nominales dari habitum primorum principiorum ab ipso intellectu distinctum, qui sit qualitas est superaddita, unde dicunt habitum principiorum esse ipsum lumen naturale intellectus, quo fertur in assensum primorum principiorum ex sola terminorum apprehensione, ita Ariminius 1. disp. 1. quæst. 1. artic. 1. Durand. 2. dist. 24. quæst. 1. & 3. dist. 33. quæst. 1. ad 2. Sonein. 4. Metaphysic. quaestio. 35. Soto lib. 1. de iustitia, & iure quæst. 4. artic. 1. D. Bonav. 2. dist. 39. art. 1. quæst. 2. Palac. 2. dist. 23. quæst. 2. Valent. 1. 2. dist. 4. quæst. 3. punct. 1. & 3. per se non tenent Cavell. disp. 3. de Anim. sect. 5. & Ponceus 3. part. sui Curfus disp. 14. quæst. 1. concl. 3. ratio præcipua hujus opinionis est, quia ad operationes naturales, in quibus nulla est differentia, vel libertas, aut saltem difficultas superanda, non ponatur habitus, ut in potentia vivida ad videndum; immo nec in voluntate respectu ultimi finis, in quem naturaliter tendit per amorem; sed intellectus naturaliter assentit principii, cum sint veritates immediate, ac necessariae, itaut eis propositis non possit non assentire, ita enim hec habet ad illa, sicut voluntas ad ultimam finem, vel usus ad colores, ergo nullo indiget habitu ad eis assentiendum. Et rursus id confirmant ex communis nomine habitus principiorum, qui ab Aristot. dicitur intellectus, ut hoc loquendi modo significaret, hanc habitum esse ipsummet intellectum proprio naturali lumine propentium in principiorum assensum abique aliqua qualitate jam superaddita.

26 Opposita sententia tenet habitum principiorum esse qualitatem,

tem quandam intellectui superadditam, qua inclinatur in principiorum assensum; citatur Henricus quod. 5. q. 18. Buridan. 6. Eth. q. 1. art. 3. Major 2. d. 23. q. 2. Mairon. 3. d. 3. q. 1. art. 3. Conimb. disp. 7. Ethic. 6. art. 1. Fonseca. 1. Met. c. 9. q. 4. lect. 4. Cajet. 1. 2. q. 5. art. 1. & ibi. Conrad. Ferrar. 1. contra gentes c. 94. Medina 1. 2. q. 49. art. 2. Suar. tom. 1. Met. disp. 1. nu. 15. Vafq. 1. 2. disp. 74. cap. 3. Azor. lib. 3. cap. 21. q. 1. Ruvis tract. de habitu principiorum, in Logica. Complut. ibid. disp. 20. q. 1. & alii quamplures, quæ sanè videatur fuisse Aristot. intentionem eorum sive complexam, sive incomplexam. Deinde statuit primam conclusionem dicens, principia posse quidem cognosci per inductionem proprie dictam, eam tamen cognitionem non esse illam, quam vocant intellectionem, seu intellectionem, sed scientiam quia, primam partem probat, quia nulla est cognitio universalium, quæ non possit haberi per singularium inductionem, alteram partem probat, quia tactus cognitio per inductionem genita est discursiva, certa, & evidens, ergo est scientia, & non intellectione, quæ non est discursiva. Postremo secundam statuit conclusionem, in qua dicit, quod cognitio principiorum pertinet ad intellectionem generatur per inductionem late sumptam, id est per experientiam, sive cognitionem singularium incomplexam; Probatur, quia apprehensionem terminorum, per quas generatur ipsa cognitio, esse non possunt sine speciebus sumptis per sensus ex singularibus; ad hoc autem ut intellectus huic principio *omne totum est majus sua parte* assentiat, oportet apprehensione significationem hanc vocari *totum, & pars*, & ad istam apprehensionem necesse est, ut per sensum cognoscatur aliquod totum, & partem; unde intellectione, quæ est notitia primorum principiorum definitur, quod sit assensus principiorum ex apprehensione terminorum genitus, & hæc breviter est sententia Scoti superius explicata.

27 Sed ultimum cum hæc secunda opinio habitum principiorum esse qualitate superadditam intellectioni, & ab ipso realiter distinctam, dubium adhuc est, an sit indita, seu innata, an vero nostris actibus acquisita, vel alio modo. Quamplures putant esse innatam, & cum ipso intellectu creatione animæ conproductam, ita loquuntur Conrad. & Med. cit. part. 2. quæst. 51. art. 1. Bannes 1. q. 1. art. 6. notab. 3. Sanchez. lib. 7. Log. q. 15. Albert. cit. c. 1. Burd. 6. Ethic. c. 6. in fine, quibus non parum favet D. Th. notat Complut. 1. 4. 79. art. 2. & p. 2. q. 1. art. 3. & 2. 2. q. 3. art. 2. ad p. 16. de verit. art. 2. & alibi sæpe, & eadem p. 2. q. 90. art. 1. ad 3. facit habitum principiorum esse in puero nondum habente ulum rationis, quanvis nequeat eo uti ob defectum ætatis; quod hæc ratio probat D. Thom. loc. cit. de veritate, quia in homine cognatio principiorum est quasi quoddam seminarium totius cognitionis sequens, sicut in aliis naturis sequentium operationum, & effectuum quædam naturalia semina præxiunt, ergo sicut hæc naturaliter inlunt illi, sic etiam cognitio principiorum debet naturaliter inleui homini, & per consequens talis habitus erit omnino naturalis. Consi quia facilitas, & promptitudo in operando est signum habitus præsentis, sed explicatis terminis ita facile, & promptè assentitur, cum primum proponitur hoc principium *omne totum est majus sua parte*, quam postquam plures actus habuerimus circa illum, ergo signum est ante illum primum assensum jam existere habitum, a quo causatur talis facilitas, & per consequens ipsum esse à natura inditum. Alii vero afferunt esse qualitate acquiritam, ut Alen. 4. Met. text. Henric. loc. cit. Ægid. & Venet. 1. Post. in fine. Major 3. d. 28. qu. 2. Vafq. disp. 49. cap. 3. Ruvis, Azorius, & Suar. ubi supra, & alii communiter negant esse qualitate intellectioni innatam, aut à Deo inditam, qui ut dicit Arist. 3. de An. cap. 4. intellectus noster ab initio est tamquam tabula rasa, in qua nihil est depictum. Tum quia si naturaliter lumen prompti, & faciles ad assentiendum primis principii, nulla est ratio, quæ probari possit id fieri per qualitate distinctam à potentia intellectiva; sed faciliè dici potest intellectum per suammet substantiam esse promptum, & faciliem ad assentiendum primis principii, ut voluntas ad amandum bonum in communi secundum multorum opinionem, & visus ad videndum colorem.

28 Ad hæc tamen inter illos auctores est discrimen in declarando, quo pacto hic habitus principiorum sit qualitas acquisita, nã Cajet. c. p. 2. q. 5. art. 1. ad p. putat non acquiri per adus hunc habitum, sicut cæteri, sed statim ac terminis sunt apprehensi fuerint, quod qualitate quandam inclinante ad assensum principiorum, quæ ratione inquit hujusmodi habitum dici potest naturale inchoatum, quatenus ex ipsa natura anime intellectivæ convenit homini, quod statim cognito quid est totum, & quid est pars, cognoscit quod omne totum est majus (ita parte), dicitur vero acquiritum, quia non potest cognoscere quid sit totum, & quid est pars, nisi per species à sensibilibus acceptas, quem dicendi modum sequuntur Complut. cit. disp. 20. Log. qu. 2. pro quo etiam citant Ferrar. 2. contra gentes cap. 78. Javell. 2. Met. q. 1. Nazar. p. q. 58. ar. 1. cont. 1. Masium 2. lib. Post. q. 4. Alii vero volunt acquiri per adus, ut Suar. Vafq. & Ruvis supra. Henric. & Burid. cit. Mol. 1. p. 4. 58. ar. 14. Zumei lib. Acciajoli. 6. Ethic. c. 6. tum quia hic est consuetus usus quo habitus natura-

les acquiruntur, nempe ex similibus actibus frequentatis. Tum quia regulariter natura solum concedit rebus, quæ necessaria sunt ad simpliciter operandum, quæ verò ad melius, vel facilius, relinquuntur acquirenda propria industria, & labore, tribuens illis principia, quibus possint operari, & operando ea acquirere, sed habitus principiorum non est necessarius ad simpliciter assentiendum primis principii, sed ad assentiendum cum facilitate, vel cum majori firmitate, & intentione, ergo non est nobis à natura datus, sed propria industria acquisitus. Major patet, Probatur quia assensus primorum principiorum non excedit naturalem facultatem intellectus, cum sint veritates quedam naturales, & per se notæ, ergo formatus intellectus speciebus intelligibilibus terminos repræsentantibus apprehensit per illas terminos, potest virtute propria primis assentire principii, & ex consequenti ad simpliciter assentiendum illis non erit necessarius habitus; Hinc communior opinio tenet habitum principiorum, nec esse per ipsam intellectionem naturam, neque ab eadem natura intellectus fluere, eo ipso quod hæc species terminorum per quas illos apprehendit, sed esse acquiritum per actus ipsos, quibus intellectus assentitur principii.

29 Hujus quaestiois resolutio expressè non habetur à Doctore, nam 2. Met. q. 1. loquens de habitu principiorum inquit, quod cognitio terminorum acquiratur ex sensibilibus, & iste intellectus dicitur habitus principiorum, quoad hæret primis principii, unde cognitionem ipsam principiorum appellat intellectum, non verò aliud ab ipsa generatum; & 2. d. 39. q. 2. licet synderelic appellat habitum principiorum prædictorum, non tamen explicat, an ille habitus sit quid distinctum à potentia intellectiva; & 3. d. 23. q. 9. art. 3. ait quod per habitum principiorum tenditur in principium secundum propriam veritatem, quam habet ex terminis, & per habitum conclusionis tenditur in conclusionem secundum propriam veritatem eius, quam habet aliam à veritate principii, quibus verbis videtur supponere Doctorem, quod datur habitus principiorum à potentia intellectiva distinctus, sicut datur habitus conclusionum, licet autem resolutio quaestio non habeatur à Doctore, facile tamen deduci potest esse distinctionem principiorum jam assignata, quæ dicitur præced. n. 10. nam quedam sunt principia omnino prima, & omnibus scientiis communia, quæ ibi diximus innoscere ex sola terminorum notitia, & apprehensione, de quibus ait Arist. 4. Met. c. 3. esse per se nota, & negari mente non posse, seu contrariis proportionibus assentiri, ut impossibile est idem simul esse, & non esse, omne totum est majus sua parte, quæ ex solis terminis cognoscuntur ex 1. Post. c. 3. nam ad his assentiendum sufficit ab ipso, ullo iudicio præcedente cognoscere quid sit totum, quid pars, quid esse, quid non esse, amò Albert. optima ratione comparat hæc principia visibilibus luminosis, quæ ab ipso, ullo alio extrinseco suo proprio lumine videntur; Alie verò sunt principia non omnino prima, nec omnibus scientiis communia, sed prima in aliqua certa scientia, ut in Philologia, quod natura agit propter finem, in Mathematica, quod parallelæ non concurrunt, quæ licet syllogismo non probentur, aut demonstratione aliqua, quia tamen non sunt nobis obvia adeo, sicut illa, indigent tamen ad eorum assensum inductione variis experientis nitente, ut docet Arist. 2. Post. cap. ult. 1. Post. c. 14. & 1. Met. cap. 1. & 6. Ethic. c. 3. ita enim nobis notitiam comparamus horum principiorum, quod omnis ignis est calidus, omnis magnus trahit ferrum, quæ quidem principiorum distinctio præterquam quod manifestè traditur à Doctore 2. Met. q. 2. 1. d. 3. quæ 4. art. 2. habetur etiam ab Arist. 1. Post. c. 2. & text. 24. ubi principia prioris generis appellat dignitates, & secundæ generis positiones, & ideo eam passim recipiunt omnes Peripatetici.

30 Dicendum igitur hæc distinctione supposita, quod in ordine ad principia secundæ generis poni debet habitus principiorum ab ipsa potentia intellectiva distinctus, non quidem congenitus illi, vel innatus, sed de actibus nostris de novo acquisitus, sed inordinate defendi possit, & ideo utrumque, censendum est probabile. Hanc conclusionem tradiderunt Almain. 1. Moral. c. 17. Palacius 3. d. 23. q. 1. Vafq. p. 2. disp. 79. Amic. t. 2. Log. tract. 27. disp. 1. quæ 5. dub. 1. art. 2. & probabilem judicat Ruvis cit. hi omnes, & alii quamplures asserunt non esse ponendum habitum pro assensu principiorum universalissimorum, quæ appellantur dignitates, quia cum sint nobis notissima, ab ipso ullo difficultate eis assentimus, & ideo per frequentem eorum assensum non acquirimus habitum; sed solum esse ponendum pro principii particularibus scientiarum, quibus non ita facile assentitur intellectus nobis, cum non sint adeo nobis nota, ideo facilitate acquisita pro his indigemus, quæ vocatur habitus; itaq; hi Auctores in hoc solum à nobis discrepant, quod absolute negant, vel negare videntur possibilitatem habitus circa principia primi generis, verum nos non negamus possibilitatem, sed solum necessitatem, & utramque, probabile censemus, quod nimirum admitti possit talis habitus circa ea principia, ac etiam non admitti, quod etiam nobiscum tenet Morfan. quæst. ultim. ad lib. post. ubi ait, quod licet necessarius non sit habitus pro principia communissimis, forte, tamen dari potest ingenium tam stupidum, quod tali indiget habitu; Probatur itaque conclusio posita quoad omnes, & singulas partes in ea contentas.

31 Primo, quod necessarius sit habitus pro principii posterioris generis probatur, quia Arist. 1. Post. 44. & 2. Post. 27. & 6. Ethic. cap. 6. & ubique; ponit habitum principiorum distinctum ab habitu conclusionum, præteritur loqui videtur de principii minus cujuslibet scientiæ, quæ dicuntur positiones, ut notavit Amicus, Tum

Tum quia huiusmodi principia, non sunt nobis ex ipsis terminis nota, sed inductione, & experientia innoscuntur ex Arift. 1. Post. cap. ult. ergo debet dari habitus inclinans ad eorum assensum evidentem, nam intellectus est indeterminatus ex se, & potest diffentire; Tum quia propter eorum evidentiam patitur intellectus aliquam difficultatem circa eorum assensum, ergo ad sufficiens ratio ponendi habitum circa illa. Consequenter patet, quia regulariter loquendo habitus ponitur, vel ad determinandam potentiam de se indeterminatam, & indifferentem ad opposita, vel ad superandam difficultatem, quam circa aliquas patitur operationes; Probatur assumptum, quia extrema istorum principiorum, non sunt adeo communia, & obvia, ut extrema principiorum communissimorum, sed magis recondita, atque ideo non simpliciter apprehensio innotescit, sed inductione indiget, & discursu. Tum denique, quia ex hoc constat, fundamentum Nominalium ab initio questionis relatum, quo negabant habitum principiorum intellectui superadditum, urgere dumtaxat de principis prioris generis, non autem posterioris. Fortè dices, hunc habitum posse quidem admitti circa talia principia, sed non esse scientia distinctam, quæ est habitus conclusivum. Contra, quia talia principia esse ostendi potest inductione, & experientia, non tamen demonstratione a priori, quia, & ipsa sunt propositiones immediate, præsertim in ea scientia, cuius sunt principia, & earent medio, quo demonstrentur a priori; ergo habitus circa illa est distinctus a scientia, quæ est habitus conclusivus a priori demonstrabilis; Tum quia cognitio horum principiorum, ut ingrediuntur demonstrationem, debet esse perfectior cognitione ipsa conclusionis, certior, ac evidenter; ergo habitus ex tali cognitione generis diversus est ab habitus scientifico conclusionis.

32. Secundo probatur talem habitum non esse nobis innatum, vel congenitum, sed nobis adibus acquisitum, si enim expresse docet Arift. 2. Post. 27. & 3. de Anim. 40. ubi ait, intellectum non flum ab initio esse in nobis habitum naturalem, in qua nihil est deipsum, tum quia tunc quilibet deberet cognoscere principia immediata scientiarum omnium, cum a natura supponatur habere congenitum habitum illorum, absurdum enim foret, ait Arift. esse in nobis nobilissimos habitus, & latere. Tum quia universaliter loquendo non datur habitus a natura inditi, & congeniti, quia natura non a habitus ad operandum simpliciter, sed potentias, ut ex usu potentia acquiramus habitus; ut dictum est disp. 3. de An. q. 3. Tum quia etiam præter potentias datur in nobis facultates quædam, vel difficultates ad utendum potentis ipsis, ut docet Doctor 2. 1. 16. q. un. P. & 4. 1. 6. q. 10. O. alii enim sunt habiles ad studia, & quedam exercitia, alii inhabiles, istæ tamen propriè non constituunt habitum, vel dispositionem de prima specie qualitatis, sed naturalem potentiam, & impotentiam de secunda specie, ut enim dicitur in Log. disp. 7. q. 3. art. 2. per hoc hæc due species differunt, quod licet tam in prima, quam in secunda, species rependantur qualitates, quæ subiectum disponunt ad operandum, tamen in prima ponuntur qualitates, quæ ad extrinsecum proveniunt; in secunda, quæ a natura tribuuntur. Tum tandem, quia ratio, quam asserbat Thomistæ nu. 27. pro opposita parte, solum procedebat de habitu principiorum primi generis, quæ sunt nota ex ipsis terminis, ut constat ex exemplis ioh adductis.

33. Tertio talem habitum non esse necessarium respectu principiorum primi generis; Probatur opposito modo, quia ex nullo capite ejus necessitas videtur posse deduci, non quidem ex indifferentia, quam habet intellectus ad bene, vel male discurrendum circa prima principia, ut dicebat Ruvius cit. numer. 26. quia falsum est, intellectum errare posse circa prima principia, nam Arift. 2. Met. cap. 1. vocat hæc principia jamas omnium scientiarum, in quibus non contingit error; Tum quia si lumen intellectus aliquam haberet indeterminatam potentiam ad assensum, vel ad oppositum, non adhuc est necessarius talis habitus ad determinandum intellectum ad alteram partem, ut voluit Complutens. cit. nam sine tali habitu sufficienter determinari potest ab evidentia veritatis eorum. Neque deduci potest ex aliqua difficultate, quam ab initio patitur intellectus circa assensum primorum principiorum, ut aiebat Fonseca. ib. cit. quia superata deinde facilius assentit per habitum acquisitum. Quia non apparet ulla difficultas assentiendi primis omnino principis, unde videmus sine ullo magistro, & sine ulla experientia solis terminis apprehensum fieri illorum assensum. Tum quia non apparet, quo pacto habitu tali acquisito melius assentiatur primis principis, quam sine illo, siquidem explicatis terminis intellectus necessario assentitur illis, non explicatis autem nullo modo assentitur. Tum quia si vera est illa experientia, quam affert Fonseca, & Ruvius confirmat, de difficultate circa intelligentiam primorum principiorum ab initio, hinc potius ponendus esset habitus circa apprehensionem terminorum, ut bene notavit Durandus, quam circa assensum principiorum, nam tota difficultas pendenda esset ex terminorum apprehensione, qua habita statim necessitatur intellectus ad assensum eorum.

34. Sed ait Angelus in moralibus cap. 5. quod licet assensus premillarum cap assensum bonitatis consequenter necessitas intellectum ad assensum conclusionis, & tamen adhuc est utilis habitus scientia, quia per illum magis inclinatur, & determinatur intellectus ad talem assensum, ita licet intellectus cum sola apprehensione terminorum necessario assentiatur primis principis, non erit super vacuus habitus, quia per illum adhuc magis inclinabitur; & determinabitur ad talem assensum. Contra id est, quia habi-

tus scientia absolute loquendo potest habere aliquem usum, quando nimirum, vel non adest demonstratio, vel non advertitur ad necessitatem consequentia; vel quando occurrente ratione in contrarium suspenditur assensus, habitus enim in tali calu juvare ad tollendum formidinem, & suspensionem, quam rationes contraria effere possunt, sicut assuetudo terribilia fulsiondi tollit timorem; sed isti casus nequeunt habere locum in assensu principiorum, de quibus loquimur, quia ad eorum assensum non est necessaria distincta terminorum apprehensio, sed sufficit consilia, unde nunquam esse potest adeo confusa ( nisi fit falsa) ut non loquatur assensus, neque contra huiusmodi principia potest asserri ratio, quæ de illorum veritate suspensionem inducat propter eorum maximam evidentiam, sicut asserri possunt contra conclusiones, unde non apparet, quem defectum implere possit habitus principiorum, vel quem usum habere.

Dices cum Complut. loc. cit. quod licet explicatis terminis naturaliter determinetur intellectus ad assentiendum principis universalissimis, tamen respectu aliorum minus universalium potest habere fallam cognitionem, & cum intellectus in omni suo actu indiget speciebus intelligibilibus, non habet de se sufficientem determinationem etiam respectu principiorum universalissimorum neque ex se facilius ad assentiendum illis. Contra, quia si respectu tantum principiorum minus universalium potest intellectus habere fallam cognitionem, non autem magis universalium, ergo respectu illorum dumtaxat, & non istorum potest debet habitus; cum autem dicitur intellectus indigere speciebus intelligibilibus respectu cujusvismodi objecti, quibus intellectus determinatur ad hoc vel illud intelligendum, hoc utique verum est ob necessitatem propositionis objecti, sed talis determinatio objectiva fit per ipsas species præsertim in cognitione abstractiva, non autem per habitus, quæ ideo terminis apprehensio, & representatio per species ex sensibilibus habitus immediate producit assensum principiorum, absque ullo habitu mediante, unde per hoc ostenditur tantum necessitas specierum, non autem habituum.

35. Nec minus sufficienter ostenditur necessitas habitus circa prima principia per hoc, quod Burid. aiebat citato num. 26. ut nimirum assentiatur illis firmiter, & sine formidine. Quia talis firma principiorum ad hæc sine formidine de opposito sufficienter canitur ab evidentia terminorum; neque ut diximus asserri potest ratio in contrarium, quæ valeat formidinem inducere de opposito ob maximam eorum evidentiam; unde etiam malè Salas cit. ex hoc capite concedit necessitatem habitus circa prima principia, nimirum ne urgente ratione in contrarium suspendatur assensus, & dubitetur de veritate principii; quia talis ratio, si probabilis, si ve sophistica aduci non potest, quæ dubitationem inducat de veritate primi principii. Et cum oppositum ostendit Burid. scilicet posse contingere dubitationem circa primum principium per rationem sophisticam, exemplo illarum veterularum, quæ ex argumento illis factò dubitabant de veritate primi principii; Valentia loc. cit. optime occurrit qu. 3. pund. 1. negando veritas illas ob id dubitare de veritate primi principii, neque enim quod ille veritas dixerit se nescire, firmis signum est ejus, quod vult Buridam. forte enim voluerunt tantum dicere, se nolle, seu non posse respondere ad illud argumentum, tamen minime dubitarent de illo principio; sicut si alicui rusticò ambulanti proponerentur rationes Zenonis contra motum, diceret se nescire solvere, sed non propterea de motu, quem exerceat, dubitaret.

36. Denique id sufficienter probare videtur ratio Nominalium ab initio quest. relata, cui minime satisfaciunt Ruvius distinguendo minore, quod intellectus naturaliter determinatur ad assentiendum primis principis, nam quantum ad specificationem verum est, quia impossita debita apprehensione eorum si iudicium ferat cum illa, non potest esse iudicium dissensus, sed debet esse assensus; quantum verò atinet ad exercitium, libertatem habet circa illa dependenter a voluntate, & ideo potest assensum suspendere. Non, inquam, satisfaciunt, quia si solum potest non assentiri, seu assensum suspendere ex imperio voluntatis, hoc non oriretur ex natura sua, nec ex aliqua difficultate, quam haberet in assentiendo, sed ex parte voluntatis, unde si elset aliquis habitus propterea ponendus, deberet potius poni ex parte voluntatis, quam intellectus; Consequenter patet, quia si indifferentia libertas requiritur necessario ad habitum ponendum, eo modo, quo indifferentia alicui potentia convenit, pariter convenit habitari posse; atque ideo si intellectus circa prima principia omnino naturaliter operatur, & determinatur ad unum, & solum extrinsecè agit liberè, nimirum ex imperio voluntatis, jam circa illa non erit intrinsecè habitabilis, sed extrinsecè ideo sit liberè operans non per libertatem sibi inexistente, sed per libertatem extrinsecam sibi, & intrinsecam voluntati, si habitabilis erit, non per habitum sibi inhaerentem, sed voluntati, ut arguebatur disp. 3. de An. q. 2. num. 10.

37. Quarto quod etiam respectu principiorum primi generis potest admitti habitus, quæ erat altera pars problematis, deduci potest ex doctrina, quam dedimus loc. cit. disp. 3. de Anim. q. 2. n. 1. circa positionem habitum in communi; dicebamus enim abiotomem illam potentiam esse habitus susceptivam, quæ vel aliquo patitur difficultatem in operando, ut promptus, & facilius operetur, vel est ad plura indeterminata quoad elicitationem ad delectabiles, & promptus ad unam partem si determinet, vel tandem si nullam patitur difficultatem in operando, nec est ad plura inde-

indeterminata, adhuc tamen potest intensus operari; itaut si non repugnet ipsi ad unum intensorem supra vires habere, debemus dicere, quod fit habitabilis, ut perfectus; & intensus operetur; quæ doctrina de habitibus ibi probavimus ex Scot. 2. d. 3. qu. 10. ad 2. pro 1. opin. & 3. d. 3. 2. Q. Namvis ergo intellectus non sit habitabilis respectu primorum principiorum ex primo, & secundo capite, ut bene probant argumenta adducta pro altera problematis parte, adhuc tamen potest poni habitabilis ex tertio capite, quia cum habitu circa prima principia intensus operatur, quam sine habitu; quem dicendi modum videtur significasse Mairon. cit. 3. d. 3. q. 1. art. 8. ubi quærens, an habitus principiorum fit qualitas ab ipso intellectu distincta, affirmative respondet, & sibi obiciens, quod potentia, quæ naturaliter inclinatur ad actum, non indiget habitu inclinante, sicut nec calidum ad calefaciendum; respondet, quod potentia non solum indiget habitu propter difficultatem, sed propter perfectionem actus; anima enim naturaliter inclinatur ad diligendum Deum, neque ob difficultatem, quam habet ad actum dilectionis divini, ponitur in ipsa charitate, sed solum ob perfectionem actus dilectionis divini; Quævis ergo intellectus circa prima principia fit summè determinatus quoad alteram partem, adhuc tamen potest habitari circa illa, quia adhuc habet indeterminatorem circa illa quoad intentionem, & remissionem actus, etenim videmus quæ ex frequentu usu circa illa intensus operatur; Et quando inquit Doct. 2. d. 3. q. 10. ad 2. quod cum potentia est summe habitata ad aliquem actum, non est habitus receptiva, ita intelligi debet, ut explicat Lichet. quod potentia fit etiam determinata ad recipiendum actus determinate perfectionis, & intensivis, qualem determinationem non habet intellectus ex natura sua circa prima principia.

38. Postremo, quod si ponatur talis habitus etiam circa principia simpliciter prima, non fit nobis innatus, & congenitus, sed a nobis nobis acquisitus, constat ex eisdem probationibus, quibus idipsum probatum est de habitu principiorum minus communium n. 32. præsertim ex ea ratione in univ. cit. quod non datur habitus inditi a natura, sed omnes habitus naturales sunt a nobis acquisiti. Neque ratio D. Thome allata n. 27. pro parte opposita convincit, ut enim habitus principiorum dicitur seminatior totius cognitionis sequentis, sufficit ut cognitio principiorum, unde patitur ex nullo precedenti discursu, vel iudicio fiat, sed omnes tales adus præveniat, & fiat ex sola terminorum apprehensione, & ut omnes demonstrationes, atque discursus in prima illa principia resolvantur, ut seminatia, & inchoationes eorum. Quod etiam talis habitus, si datur, acquiratur per actus repetitos assensus circa prima principia, non autem fiat immediate ab intellectu agente statim ac habitus species intelligibilis terminos representantes, ut Cajet. aiebat, probatur ex inductione facta in omnibus aliis habitibus, quæ ex actibus repetitis generantur, unde absque sufficienti ratione de habitu principiorum id specialiter asseritur; non enim apparet, cur hæc virtus productiva habitus in proposito intellectus tribuatur, & non actibus, tum quia ideo intellectus poni non solet causa habitus, quia ipsa est causa indeterminata ad nos, & illos adus, habitus autem important determinatas inclinationes ad adus conformes illa, a quibus producantur, sed hæc ratio militat etiam in proposito de habitu principiorum, ergo & c.

Solvuntur Objectiones.

39. **I**n oppositum primo arguunt Complut. quia Arift. agens de habitu principiorum non distinguit principia in universalis, & particularia, sed absolute docet verari circa prima principia, ergo respectu omnium debet admitti. Conf. quia propria ratio, per quam habitus principiorum distinguitur a scientia, est, quod veretur circa propositiones medio vacantes, & per se notas, quod æque convenit principis universalissimis, & particularibus, siquidem utraque sunt propositiones immediate. Denique quia necessitas ponendi hunc habitum superadditum intellectui æque procedit in omnibus siquidem ex utroque derivatur cognitio scientia, & ad omnia requiritur species intelligibilis, ergo pro omnibus necessaria est virtus intellectualis, ut illis firmiter adhæreat intellectus, & determinetur sufficienter ad veri cognitionem.

Respon. negando assumptum, quoniam ut diximus n. 31. cum Aristonem habitum principiorum distinctum ab habitu conclusionum, loquitur de principis scientiarum, scientia autem non procedunt per principia communia, sed propria; tum quia cum loquitur de habitu principiorum, præsertim de illis principis loquitur, quæ nota sunt per inductionem, & experientiam, ut constat ex 2. Post. cap. ult. & 6. Ethic. c. 6. talia autem non sunt principia communissima, nam hæc sunt ex terminis nota, sed minus communia cuiuscumque scientia. Ad conf. principia universalis, & particularia in hoc conveniunt, quod sicut illa earent medio a priori, primo principia, ita etiam illa, saltem in ea scientia, ubi sunt, prima principia, sed in hoc differunt, quod illa indigent inductione, vel experientia, ut cognoscantur, non autem illa quia sunt ex ipsis terminis nota, unde neque consequenter indigent habitu, quod determinat intellectus ad eorum assensum, quia ad hoc sufficit propria eorum ex terminis evidentia, quod non habent principia particularia. Ad ult. negatur assumptum cum ejus probatione, nam ex principis communissimis derivatur scientia cognitio præcisè ob eorum evidentiam, & species expofunt intelligibiles præcisè ob apprehensionem suorum terminorum; negatur etiam con-

sequentia, nam ut intellectus firmiter adhæreat primis omnino principis, & ad eorum veritatem determinetur, sufficit propria eorum ex terminis evidentia.

40. Secundo arguitur probando admitti debere habitum etiam respectu principiorum universalium, quia datur calu in quo intellectus est indeterminatus ad assentiendum illis, ergo tunc debet determinari per habitum, probatur assumptum, quia potest accedere, ut termini propositionis non cognoscantur distinctè, atque ideo tunc evidenter veritas non constat, nisi neg. necetur ceterus assensus quare in tali calu poterit habitus implere illam propositionem objecti evidentem, ergo saltem in aliquo calu necessarius est habitus etiam circa principia universalis. Respondet Amicus cit. ob hoc argumentum posse probabiliter fulneri necessitatem habitus circa principia universalis. Sed certè nihil aliud argumentum dedit, quod re vera nihil probat, quia ut dictum est quæ præter principia universalis sunt propositiones per se notas, ad quarum notitiam, & assensum sufficit consilia cognitio terminorum, neque necessaria est distinctio, quare nunquam esse potest adeo confusa apprehensio ( nisi fit falsa, ut diximus) ut non loquatur assensus. Quod si daretur talis calu, ut per consilium apprehensionem terminorum non sufficienter proponatur objectum, nec evidenter de eius veritate constet, sanè hic defectus, ab ipso habitu suppleri nequaquam potest, quia ad species atinet proponere objectum, ac simul cum intellectu ejus veritatem manifestare, nec in hoc minime se misceat habitus, sed solum coadjuvat potentiam ad agendum, seq. tenet ex parte potentia, non objecti, ut dictum est loc. citat. de Anim. non ergo ob istud argumentum opposita pars problematis fulneri debet, ut putavit Amic. sed ob id, quod diximus num. 37.

41. Tertio est contra arguitur non esse ponendum habitum circa principia universalis, nam sicut fit habitus voluntas respectu ultimi finis, sic intellectus respectu primorum principiorum, sed voluntas non ponitur habitus respectu ultimi finis, ergo & c. Ad argumentum hoc modo conclusum facile occurrit negando minore, quod de facto ponitur habitus charitatis in patria in ordine ad beatitudinem. Unde hoc argumentum aliter conficit solet, ut concludat, in iure modum, in voluntate non datur habitus circa bonum in communi, quia ad ipsum necessitatur quoad exercitium, & specificationem, ergo neque in intellectu datur habitus circa prima principia. Ad neque ita conclusum minus concludit, quia in primis negari potest antecedens cum ejus probatione, siquidem ut docet Doctor 1. d. 1. q. 4. voluntas creata etiam circa bonum in communi habet libertatem exercitii, potestque circa illud actum amoris suspendere, & rursus concessio antecedente potest negari consequentia; quia non recurrit omnimoda paritas inter bonum in communi respectu voluntatis, & principia respectu intellectus, quia bonum in communi est objectum adequatum voluntatis, ac verò principia non sunt objectum adequatum intellectus, sed verum in communi, circa quod intellectus ipse utique non indiget habitus superadditis, sed bene circa tale verum. Dices, intellectus respectu principiorum necessitatur ad assensum quoad exercitium, & specificationem, ergo respectu eorum non indiget habitu. Negatur consequentia, quia ut dictum est ex aliis capitulis, quam ex sola indifferentia, & indeterminatone potentie ad alteram partem poni potest habitus in nulla, si enim hæc esset ratio præcisè ponendi, habitum tunc in nulla naturali potentia non posset habitus, sed in sola libera, quia omnis naturalis est omnino determinata quo ad alteram partem.

42. Quarto tandem arguitur probando, quod si datur talis habitus circa prima principia, fit ponendus intellectus innatus, aut saltem ab ipso intellectu fluere per modum naturæ postea notitia terminorum, ut Cajet. aiebat, non autem adibus acquisitum; Probatur primum, quia habitus principiorum dicitur intellectus, non alia ratione, nisi quia vel non est quid intellectui superadditum, quod non est asserendum, aut certe si est quid illi superadditum, non est adventitium, & de novo acquisitum, sed illi coævum, & congenitum; Probatur secundum Complut. cit. quia si talis habitus per nostros actus produceretur, etiam augeterit per eorum repetitionem; & consequenter cresceret in nobis facultas assentiendi eidem principis, & per cessationem, seu defectum nem eorumdem assensuum diminueretur talis facultas, & per consequens posset ipse habitus diminui, & tandem corumpi, sed hoc est falsum, quia licet scientia, & alii habitus intellectuales corumpi possint, non tamen habitus principiorum; tum quia post mille repetitos assensus hujus principis, omne totum est magis, sicut parte, nullus experitur majorem facilitatem in assentiendo, ac habitum cum primo, explicati fuerunt illi termini, & eandem facilitatem experitur unumquique, cum post diuturnam cessationem, & defectum actuum proponitur idem principium, ergo talis habitus non generatur per proprios actus, sicut alii habitus acquisiti, sed aliquo modo fit in nobis per modum naturæ.

43. Ad primum habitus principiorum dicitur intellectus, non quia fit præcisè ipsa intellectus natura, aut quid ei superadditum quidem, sed congenitum, & coævum, sed ut explicavit Eust. & Burl. quia illa cognitio intellectus proprio lumine, & ad assensum inclinatur sine ullo medio necessario, sed per seipsum facta apprehensione terminorum, quia ratione habitus principiorum adhuc potiori iure dicitur naturalis, & eorum notitia nobis innata, ut explicat Alensis 4. Met. q. 2. in tex. 8. quam alii habitus, qui regulariter a nobis nostris acquiruntur. Ad 2. negant Fonseca Ruvius, & alii m.

